13

14
13-C
19

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
20 4/B
35

14-13-C-19

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XI. 4. 18
H. 2.

Digitized by Google

De Statu
MARITALI:

Tractatus

JOSEPHI. PASSI
RAVENNATIS
Academici.

In quo non ſolùm, quid fugiendum, ſed & quid ſequendum ſit Fœminæ Maritatæ, ſi officio ſuo ſatisfacere cupiat, multis, cùm veteribus, tùm recentioribus exemplis, demonſtratur.

OPUS NON MINUS UTILE, quàm jucundum:

EX ITALICO nunc primùm Latinè redditum,

Ab

Henrico Salmuth.

Cum Indice Rerum notatu dignarum copioſiſſimo.

Ambergæ,

M DC XII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SERENISSIMO PRINCIPI
JOHANNI,
COMITI PALATINO,
&
ELECTORIO ADMINISTRATORI,
Nec non
SACRI ROM. IMPERI
VICARIO:
DN. ſuo Clementiſſimo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VAldè anceps fuit quæſtio, à præclari quoque nominis ventilata Auctoribus, Pręſtétne Cœlibē, an Maritalem vitam agere? quibuſdam hanc, aliis priorem illam approbantibus;

tanto ſuffragantium utrinq; adſenſu, ut ſi numerandæ ſolùm, non verò etiam ponderandæ forent ſententiæ, meritò quis, utri adſtipulari debeat, in curam trahi poſſit ancipitem. Quibus tamen Cœlibatus placuit, ii innumera expendiſſe videntur incommoda, haud dubiè illis ſubeunda, qui matrimonium capeſſentes Mulieribus ſubmittuntur. Hanc enim impotentem Mulierum eſſe arrogantiam, ut Viris dominari ſtudeant, vel bracteatum illud Catonis ſatis arguere, dum Omnes (inquit) homines uxoribus imperant: Nos omnibus hominibus: at uxores nobis. Quod ipſum ferè antè dixiſſe Themiſtoclem, literis conſignatum eſt. At verò non niſi mentis inops, inquiunt, judicari poteſt, qui liber cum ſit atque ſui potens,

Stulta maritali jam porrigat ora capiſtro,

ut illum Juvenalis hîc uſurpemus verſiculum; & qui ſpreta libertate, rerum omnium precioſiſſima, parum penſi habeat in ſervitutem mancipari, & ſub

Uxoris

Uxoris Imperio ſervilem in modum exerceri: cum tamen ſtultiſſimum fuerit, ſuas quantumvis aureas amare compedes. Hinc Sophiſtarum acutiſſimus Libanius quendam effingit apud Judices ſeipſum accuſantem, & cur ultimo videretur dignus ſupplicio, promentem cauſas, quòd eouſque deliraſſet, ut Uxorem ducere ſibi permiſiſſet; Sed quid fictionibus opus? quando in confeſſo ſit, vel à Sanctiſſimis quoque viris ſequiorem hunc fæminarum ſexum indigitatum fuiſſe genus noxium, prima caſtæ mentis tentamenta, labemque primam, januam & viſcarium Diaboli, viam iniquitatis, Scorpionis percuſſionem. Hoc amplius: in deſertis habitare ſatius eſſe, quàm cum uxore litigoſâ & iracunda: quæ velut laurus, quam inſanam vocant, jurgiorum fomes ſit perennis, & vel clauſis oculis Andabatarum more pugnax. Sed & variis fœminas ſemitis atque viis incedere: cæterùm earum omnium unum eſſe exitum, unam metam, & unicum caput, Maliciam.

Quid, quod & Ariſtoteles fœminarum propriam dicat conviciandi cupiditatem & querulam naturam? Nec deſunt, qui ad impudentiam & avaritiam muliebrem magis proruendam ne jocis quidem abſtineant, dum fœminas Sacerdotibus perſimiles eſſe aſſerunt, quibus ex more preces illæ in ore ſint aſſiduè: Da quæſumus, Præſta quæſumus, Concede quæſumus. Quinimò ob effrenem indomitæ libidinis rabiem vel à ſolo etiam tactu earum cenſent abſtinendum. Sic enim Joſephum Ægyptiæ mulieris tactum reformidaſſe, ac veluti rabidiſſimæ canis morſum fugiſſe; & ne pauliſper ſerperet virus, etiam veſtem, quam ea tetigerat, perinde ac peſtiferum imbibiſſet ſuccum, confeſtim abieciſſe. Atq; hæ quidem, inquiunt, egregiæ Mulierum dotes ſunt, hic precioſus ille theſaurus domeſticus: quem, quotus quiſque eſt, qui non per momenta cupiat alliſum obtritumque? Arius certè Pacuvio vicino ſuo querenti, quòd arborem in horto ſuo haberet infelicem, de

qua prima uxor ſe ſuſpenderit, poſtmodum ſecunda, tandem & tertia: Mirari ſe, reſpondit, quòd in tot ſucceſſibus lachrymas invenerit. & iterum: Dii boni, quot tibi diſpendia arbor illa ſuſpendit! & tertiò: Amabo te, inquit, da mihi de iſta arbore quos ſeram ſurculos. Nullum ſcilicet tanti diſpendii vitandi commodius compendium eſſe innuebat Arius, quàm Mulieris ſuſpendium.

Sed iſta, quæ recenſuimus vitia, ſingularum fortaſſis fuerint, & toti nequaquam ſexui imputanda. Nam & hiſtoriarum monumenta teſtatum contrà faciunt, Mulieres numerò ſanè multas in quovis virtutum & ſcientiarum genere ita excelluiſſe, ut viros non ſuperaverint duntaxat, verùm etiam longo poſt ſe intervallo reliquerint. Rectè igitur Plato, omnium operum naturâ compotem eſſe fœminam pronunciavit: ex cuius etiam placitis quæcunque virorũ exercitationes Mulieribus quoque fuerint impertiendæ. Atq; ut rem penſiculatius arbitremur, ad

Matrimonii originem erit recurrendum: quam certum eſt Deo & Naturæ accepto ferendam eſſe. Nihil enim æquè dictat Natura, aut per Naturam Deus, quàm aliud, quale ipſum eſt, producere. Nititur enim ſummis viribus inſita poteſtas, ut ſe ad effigiem quandam & imaginem immortalitatis & divinitatis componat. Ut quoniam corruptioni obnoxium idem numero animal nequit perſeverare, ortu vicario Mortalitati, quâ fieri poteſt & patitur ratio, adminiculetur, ac velut tibicinibus & pilis præfultam ab occaſu vindicet. Qua contemplatione & Juſtinianus Matrimonium humano generi immortalitatem artificoſè inducere ſcripſit: & Leo Imperator id veluti magnum ſanè excellenſque donum à Deo creatore ad Mortales promanaſſe prædicat: ut Naturæ, mortis ingluviei obnoxiæ opem ferret, humanoq; generi perpetuitatem elargiretur, id dum ab illa depaſcitur, deperire non ſinens.

Novell. 22. in pr.

Novell. 26.

Per Matrimonium igitur genus humanum perpetuando conſervatur: Reſ-

Reſpub. multis hominibus legitimè procreatis frequentatur: &, quod ex Pomponii ſententiâ maximè neceſſarium eſt, liberis Civitates replentur: atque id demum efficitur, ut habeas in miſeriis ſolatium, in periculis adjumẽtum, ſociamq; vitæ & fortunarũ omnium: quæ in ſecunda fortuna, ad ampliorem lætitiæ fructum parandum, tecum congaudeat, in adverſa condoleat, teq; perinde ac ſe foveat & amplectatur: quæ ſtudio & labore foris parta, quod multi haud mediocre præſidium vitæ putarunt, domi diligentiſſimè tueatur. Adde mutua illa thori genialis ſoboliſq; pignora. Nam quid ea, quæ ex liberis percipitur voluptate ad oblectandos hominum animos ſuavius? aut verò quid in humanæ vitæ negotiis cùm aliis tùm quæ in ſenectute nobis ſe offerunt, utilius? quondoquidem levari ſenectutis moleſtias liberorum miniſterio videmus: (ut gravis eſt Imp. Leonis oratio) quos propterea etiam concipimus, ut ex prole eorum diuturnitatis memoriam nobis in ævum relinquamus.

l. 3 C. de indict. viduit. toll.

l. 1. ff. ſolut. matrim.

6. Novel. 26.

l. 220. ff. de Verb. ſign.

Quæ vel ſingula tanti profectò æſtimanda ſunt, ut anteà commemoratis incommodis non opponi tantùm, ſed & anteferri meritò poſſint & debeant. Hinc eſt, quòd priſci illi homines, quos ſolus pudor naturalis, nullo alio divino ſuadente inſtinctu monebat, tamen ut vagos concubitus prohiberent, & ſtupra adulteriaque vindicarent, Nuptiarum ſolennia multa ceremoniarũ veneratione commendarint; atque inſuper etiam variis pœnis ac præmiis homines ad nuptias provocarint.

Quod ſi infauſtæ quandoq; & infelices fuerint aliquorum conjunctiones: id non tàm Matrimonio ipſi, quàm eventui & hominum culpæ erit imputandum. Helenam apud Homerum legimus divitiarũ fuiſſe appetentem, Paridem voluptatum: Ulyſſem verò prudentiâ conſpicuum, modeſtiâ Penelopen. Sic evenit, ut horum connubium felix fuerit atq; optabile; at Paridis nuptiæ cum Helena ex Græcorum Barbarorumq; calamitatibus Iliada confecerint. Fit enim ſæpenumerò

numerò ut ſola formæ, & voluptatum, atque divitiarum, & quæ præterea ejus generis ſunt illecebræ; nulla autem morum & virtutis habitâ ratione Connubia ineantur. At, qui ita conciliatur amor, momento evaneſcit, niſi bonis præfultus moribus, ac prudentiâ coalitus radices egerit altius. Hinc Olympias Philippi Regis uxor, cùm aulicus quidam formoſam, ſed malè audientem duxiſſet uxorem: Ille, inquit, demens eſt: non enim oculis uxorem accepiſſet. Ignoraverat ſcilicet, etiam auribus, & nec oculis, nec digitis tantùm uxorem ducendam: qui mós pleriſque familiaris eſt, reputantibus, quâ formâ ſit fœmina, & quàm grandem ferat dotem; non, quibus ſit exculta moribus. His adblandiri haud dubiè poſſit Euripideum illud: *ubi aſfulſerit lucrum, ibi verò vel præter naturam ducenda uxor.* quod dictum ipſe etiam Antigonus pater Demetrio Poliorcetæ Phillam ut vetulam aſpernanti inſuſurravit.

Poſſent hujus rei plura adduci exempla, niſi JOSEPHUS PASSUS Ravennas, nobilis & doctiſſimus vir, in aureo hoc de STATU MARITALI tractatu, ex claſſicis auctoribus affatim & abundè ea ſuppeditaret: certis Viro Fœminæque tàm Nuptias ambientibus, quàm qui Matrimonio etiam juncti ſunt, traditis atque præſcriptis Regulis: quas ſi quis prę oculis atque animo ſuo probè infixas habuerit, ei ego felix & optatum ſpondere auſim Connubium.

Eum ego libellum boni publici cauſâ ex Italico latinè reddidi: & Celſitudini Tuæ, SERENISSIME PRINCEPS, dedicandum putavi: cùm ut ab Auguſti nominis tui Serenitate plus ſplendoris ei affulgeret: tùm ut teſtis ille eſſet atque interpres ſubjectiſſ. cultus & obſervantiæ in Te meæ, inprimis verò communis illius gaudii, quod ob collatam ſummam illam VICARIATUS Sacri Rom. Imperii dignitatem, quæ ad Electorii Palatinatus ADMINI-

STRA-

STRATIONEM Celſitudini Tuæ nuper acceſſit, Boni omnes percepimus: tùm denique quòd neque inconveniens libelli iſtius argumentum arbitrabar, nequealienum a Celſitudine Tua, quam conjugale pepigiſſe fœdus audivimus & lætamur cum Ill[a]. Principe LOYSA, Sereniſſimi Electoris noſtri FRIDERICI IV. at quanti Ducis? (cuius ſempiterna memoria in benedictione Sanctorum eſt) Filia primogeniata, Heroina profectò ad Polycleti normam facta, & omnibus heroicis virtutibus à teneris, quod ajunt, unguiculis imbuta. Quod quidem conjugium à connubii Sponſore & obſide DEO Vobis fortunari, Bonum Factum acclamantes precamur.

Tu verò, Sereniſſ. Princeps, munuſculum hoc benignè ſuſcipias: &, ſi infra Celſitudinis Tuæ faſtigium eſſe judicabis; cogites velim, multos ipſis etiam Diis lacte & mola ſalſa

quan-

quandoque litaſſe, qui thura non habuerint. Amberga Cal. Martiis Anno 1612.

Sereniſſ. Celſit. Tuæ

Subjectiſſ.

Henricus Salmuth Ambergenſium Advocatus & Syndicus.

CL. VIRO

DN. HENRICO SAL-
MUTHO ADVOCATO ET
SYNDICO AMBER-
GENSI. S. P D.

QVi nos ingenii Humani gaudere repertis
Amiſſiſq; olim fœdo torpore dolere
Juſſiſti, SALMVTHE, *virûm Doctiſſime, qui nos,*
Qualiter inſtitui poſſint commercia vitæ
E Guazzi ſcribtis monuiſti providus auctor:
Idem nunc promis leges & jura maritis.
Conjugio quo conſtet honor ſuus, atque amor ipſis

Con-

Digitized by Google

Conjugibus, vigeantq; ſuo ſocialia flore
Fœdera: Macte tuis meritis, vir maxime, nam te
Gloria jam dudum per partes diſtulit orbis,
Et tua facta tubæ paſſim clangore ſalutat.
Ipſe tibi nunc præmium eris, tibi fama decusq;.
Nil tibi poſt poterit terris accedere honoris,
Cælum addet, ſed id opto tibi, quò ſerius addat,
Intereà ſcriptis divinâ à mente profectis
Perge docere Orbem tua tot monimenta ſtupentem

Michael Piccartus Fr.
Profeſſor Noricus.
L. M. Q. F. Altorf.

DE

DE STATU MARITALI.

Tractatus

Ioſephi Paſſi Ravennatis, Academici.

Matrimonii quid.

MAtrimonium nihil aliud eſt, quàm arctiſſimum fidi amoris inter marem & fœminam vinculum, liberorum procreandorum deſiderio connexum. Verùm non omnibus placet, hoc matrimonii nexu ſe adſtringere. & multis veterum Philoſophorum, res difficillima & infeliciſſima id fuit habitum: ideò, opinor, quòd mulieres ut plurimùm naturâ malæ ſint, & improbæ. Unde Diphilus apud Stobæum Sermon. 20. dixit.

Veteribus matrimonii res infeliciſſima.

In uxorem incidere bonam, non facile.

Et Lyſimachus: *Nulla fœmina bona eſt.* Cum quo vetus illud congruit proverbium: *Mala Mulier, mala Mula, & mala Capra, tres malæ beſtiæ.* Et Homerus *Odyſſ. 11*, Agamemnona introducit dicentem:

Nihil fœminâ gravius, nihil pejus.

Eſtque celebre apud Græcos Proverbium: *Theſaurus eſt malorum mala mulier*: Atq; illud alterum: *Ignis & mare, & fœmina, ſunt mala tria.* Id quod à Johanne Secundo ſequenti diſticho expreſſum eſt:

Quæ mala ſint hominũ rebus tria maxima, ſcire
Quæris? habe paucis: fœmina, flamma, fretũ.

Et Menander quàm maximè hoc amplificavit, cum dixit:

Ubicunq; ſunt mulieres, ibidẽ mala ſunt omnia.

Nec poſſis dicere, unã alterâ meliorem eſſe: Nam ut idem auctor prodidit: *A fœmina nil fœmina unquam diſcrepat.* Et alibi: *Muliere nihil eſt pejus, atq; etiam bonâ.* Atq; eò quaſi digitum intendit Plutarchus, quando *de Tranquillitate animi* dixit: *Mulier quantumvis proba, mulier tamen eſt.* Et inter Græcos Euripides, cui Mulierũ natura optimè fuit cognita, principium omnis malitię illis tribuit, cũ ait:

Principium omnis malitiæ fœminis tributum.

Furore multo ſævit iratum mare:
Vis dira fluvii & ignis acris impetus:
Inopia acerba: acerba alia quàm plurima:
Sed nil ita acerbum, & noxiũ, ut Mulier mala.

Et in Hippolyto Coronato, in Mulierum deteſtationem dixit:

O Jupiter, cur obſecro fucatũ hominibus malum
Mulieres, ſub jubar Solis deduxiſti?

Divus quoq; Hieronymus, quanta harum

ſit

ſit improbitas conſiderans, in Epiſtola quadam ſcripſit: *Optima fœmina rarior eſt Phœnice. Malarum fœminarũ tam copioſa ſunt examina, ut nullus ſit expers malignitatis earũ.* Propterea viros hortatur Plautus, ut ab illis abſtineãt:

Qui poteſt Mulieres vitare, vitet, ut quottidie
Pridie caveat, ne faciat, quod pigeat poſtridie.

Et Ovidius lib. 10. Transformationum:

Viderat offenſus vitiis, quæ plurima menti
Fœmineæ natura dedit.

Atq; inter Græcorũ ꝓverbia etiã illud habet:

Immitior feris mala mulier omnibus.

Et illud alterum:

Virus genuinum eſt Aſpidis mala Mulier.

Legimus Diogenem, conſpectis duabus fœminis inter ſeſe colloquentib. dixiſſe: *Vipera venenũ ab Aſpide ſuſcipit:* Id ꝙ Antonius Meliſſeus & Maximus Philoſophus teſtatur in locis cõmunib. Unde & Gregorius Nazianzenus fœminarum malitiam Aſpidibus & Draconicibus anteponit illo diſticho. *Diogenis dicterium.* *Lib. 2. c. 34. c. 29.*

Malæ res Dracones, malefica res & Aſpides:
Duplex Mulieris eſt malitia inter feras.

quod deſumſiſſe videtur ex Eccleſiaſtico; ubi improba fœmina ſerpentibus & baſiliſcis pejor eſſe dicitur. *Non eſt caput nequius ſuper caput colubri. & non eſt malitia ſuper malitiam Mulieris.* Hinc alius quiſpiam dixit: *Levis eſt qualibet alia malitia, præ malitia Mulieris.* *cap. 25.*

In quam ſententiam & Divus Hieronymus pronunciavit: *Mulierem eſſe caput omnis mali.* Sed & doctiſſimus Rabinus David Kimhi ait: Fœminæ Etymologiam Hebræis ex radice quadam provenire, quæ *inclinationem ad Malum* ſignificet. Notatq; D. Hieronymus, ſacram ſcripturam per Mulierem omne peccatum intelligere: prout in ſuis comentariis in Zachariam ſcripſit his verbis: *Diabolum* τροπικῶς *Mulierem accipi oportet, propter effœminatas vires, & idololatriam.* Et de Philoxeno apud Maximum philoſophum legitur, quòd interrogatus, qua ratione Mulieres, uti flagitioſas & impias repræſentaret, cum tamen Sophocles in ſcriptis ſuis eas ſapientes & modeſtas introduceret? reſpondiſſe fertur: *Sophocles quidem Mulieres tales dicit, quales eas eſſe decet: ego autem quales ferè ſunt.* Inde Suſarion Megarenſis Poëta Comicus, cum uxori adſociatus eſſet improbæ, imò peſſimæ, ſequentes verſus protulit:

Fœmina etymologia.

Audite populus: hæc inquit Suſarion.
Malum ſunt Mulieres: verum tamen, ô populares,
Hoc ſine malo domum inhabitare non licet.
Nam & uxorem ducere, & non ducere, malum eſt.

Ariſtophanes ſcripſit: *Nihil pejus, nihil improbius eſſe fœminâ, quàm ipſam fœminam.* Et Ariſtippus

ſtaturæ parvæ mulierem, ſed pulchram conſpicatus; *Parvum quidem pulchrum*, dixit, *ſed magnum malum*. Unde Protagoras interrogatus, quam ob cauſam filiam inimico ſuo nuptum dediſſet? *Nihil illi*, reſpondit, *dare poteram deterius*. Et notum eſt illud poëtæ Latini Epigramma-

Uxor, amice, tibi ſemper mala; cum malè tractas,
Fit pejor: ſed fit peſſima, quando benè.
Sed bona, ſi moriatur, erit: melior tamen, id te
Si faciat vivo: aſt optima, ſi properè.

Felix igitur, qui in bonam incidit mulierem. Uxor enim mala, ruina eſt familiæ. De Thalete narratur, quòd Matrem, cum in ipſo ætatis flore de uxore ducenda ab ea ſolicitaretur, ita eluſerit: Necdum opportunum eſt, ô Mater. Poſteà verò, quum ad maturiorem provectus ætatem denuo ab ipſa compellaretur: Non amplius opportunum eſſe, dixit. Inter alia Hyponactis dicta reperitur & illud: *Uxoratum non niſi duos duntaxat dies in vita habere hilares, alterum quo uxorem ducit, & alterum, quo eandem ſepelit.* Alexandriades dicebat, *Nuptiarum diem principium & initium eſſe multorum malorum.* Quam in rem Menander hanc protulit ſententiam: *O ter infelicem uxoratum!* Et Metrodorus ſolebat dicere: *Sapienti convenire raròmatrimonium contra-*

here. Cato itaq; muliebrem expertus malitiam, in Senatu Romano dixit: *Si genus noſtrum abſq; mulieribus conſervari poſſet, converſatio noſtra non foret abſq; Diis.* Et veteres ſanè Philoſophi probè intellexerunt, à mulieribus multa mala in mundum invehi. Cujus rei principem habemus *Evam*, quę Maritum ad originale peccatũ induxit, quę poſtea ſerpentis tentatione ad poſteritatem fuit propagatum. Id quod Hebræi forſan ſignificare voluerunt, vti Epiphanius *lib. 30. contra Hæreſes* notat, dum *Evah* cum aſpiratione ſcribunt, quod ſerpentem denotat. Præterea Mulieres omnes ſuperbiæ ſubjectæ ſunt, ut dicit Cicero; Gulæ, ut Virgilius; Iræ ut Seneca; Invidiæ, ut Avicenna; multiloquio ſeu garrulitati, ut Theocritus; Curioſitati, ut Horatius; Impatientiæ, ut Plutarchus; itemq; Ambitioni, Jactantiæ, Pertinaciæ, Contentioni, Ingratitudini, Hypocriſi & libertati ſive Licentiæ: quæ vitia earum ſunt mulierum, quæ pudicitiæ frenos ruperunt. Propterea fortaſſe Phoroneus Rex prudentiſſimus, poenitudine ductus, quod uxorem unquam habuiſſet; ipſo mortis die ad Leontium fratrem converſus dixit: *Nihil ad felicitatem mihi defuiſſet, ſi modo uxorem non duxiſſem.* Et Eubulus: Non jam illum, dicebat, reprehendo, qui primum uxorem ducit; hic, n, erroris hujus

Evah.

Mulierum vitia.

ſui,

ſui,quanquam magni,veniam mereri poteſt: ſed eum, qui ſecũdo ſe matrimonio copulat, & q̃ grande ſcelus comittat, intelligit: eum, inquam,dignũ cenſeo,ut peſſimè pereat.Heſiodus nihil amarius perverſâ & ſceleratâ feminâ inveniri poſſe,dixit. Et qa in hãc multi præcipitanter incidunt: ideo S. Hieronymus, eos dehortaturus; *Nemo*,ait,ſcit, qd ſit fœmina aut mulier, ṕter eum,qui probando fuerit exptus. Quò alluſit Heſiodus dum ait: *Non eſt ducens uxorem, q non tempeſtatib. agitetur: Dicũt omnes, & ducũt Uxorem ſcientes.* Petrarcha *li.1.* de Remediis utriuſq; fortunæ,in hũc finem ita ſcriptũ reliqt. *Secundas nuptias celebrabo, Ra.Si noſſes ad liquidũ quid ſit fœmina: quidvé de illa magni ſcribant viri: ne primas quidem nuptias celebraſſes. Gau.Secundas nuptias celebrare eſt animus. Ra. Si te non primæ nuptiæ domuerũt,jam ſecundas celebra: ſi te nec illæ domuerint,celebrabis & tertias. Gau.Secũdis nuptiis intendo. Ra. Qui ex primo cõjugio plem habens novercã ſupinducit, ſuis manibus in ſuam domum mittit incẽdiũ: ſi iuventa urget,aut libidinoſa vellicat ſenectus, qua nihil eſt turpius, poſſet forſan (ut civiliter hoc potius q̃ honeſtè dicam)poſſet inq̃ fortaſſis utilius: niſi vel peccati materia, vel divina lege vetitũ eſſet cõnubiali obſeqo ſubveniri,q̃ novercalib. odiis domus tranqlla turbari: q Tito ac Domitiano ſuſceptis filiis Veſpaſianus prudentiſſimus* dial. 76.

princeps fuit: & ætate hac Stephan' Columnẽſis haud immeritò inter principes memorandus. Gau: Ad ſecundas nuptias intendo. Ra. Potes id quidem ſecundum leges humanas: divinis qudem legibus patientibus magis quam laudantibus: nota omnibus, quæ de hac re Paulus tractat Apoſtolus. Certè etiam apud Gentiles ipſos; quibus laxior talium libertas, permiſſam rem potius quam probatam intelligere eſt: Siquidem multorum matrimoniorum experientiam, quaſi legitimæ cujuſdam intemperantiæ ſignum eſſe, v[illegible]ri majores crediderunt. Quæ amplexus Hieronymus quàm multa contra ſecundas nuptias; quamq; acriter ſcribat, non eſt promiſſæ brevitatis inſerere. Quæ quamvis in fœminas, non in viros etjam dici omnia videantur, & haud dubiè ſexus ille majoris ſit debitor caſtitatis, ac pudoris; plus tamen prudentiæ ac conſtantiæ debent viri. Gau: Secundis mihi nuptiis eſt opus. Ra. Mirer, niſi mores veſtros noverim: non tantum ſupervacua; ſed damnoſa etiam vobis neceſſaria effeciſtis. Tu vero duriſſimi oris ſis, ſi ad te frenandum uxore opus eſt altera. Gau: Ad ſecundas nuptias feſtino. Ra. Age, age dum fervor durat: cum refrixerit, dolebis. Non notaſti, quàm dulcis eſt ſopor vacuo cubili, ſolum illum fœdum & miſerum actum cogitas, qui tranſit & vulnerat. Atq; idipſum etiam affirmavit in vita ſolitaria. Pithagoras & ipſe inter Philoſophos habitus fuit ſingularis. Matrimonii

Pithagoræ de Matrimonio opinio.

olor

olor. Cujus rei vel inde ſatis clarum duci poteſt teſtimonium, quod de eo ſcriptum exſtat, Ipſum cum ad amici cujuſdam ſui nuptias invitaretur, excuſando ſe, reſpondiſſe, quòd nunquam ſe hactenus cupiditas inceſſerit, ut ad ſimiles congreſſus accederet, & ejuſmodi inter eſſet exſequiis. Quib. verbis ſignificare voluit, *Mulierem ſibi deſpòndere*, idem propriè eſſe, quod feretrum ſibi deſpondere, & in tumba aliqua deponi, aut ferali amiculo indui, ut ſepulturæ mandari incipias. Multi alii Philoſophi ejuſdem quoq; reperti fuêre ſententiæ. Nec defuerunt, qui dixerint, Naturam, poſteaquam omnibus animalibus ſuum tribuerit contrarium, homini quoque, cui omnia alioquin ſubjecta ſunt, deeſſe noluiſſe. Itaq; mulierem ei tradidiſſe, cujus malitiam certum ſit humanæ rationis hoſtem eſſe capitalem. De Secundo Philoſopho legitur, quòd interrogatus, quid ſit *Mulier? Mariti contrarietas*, reſponderit. Hinc Metellus à Mario Romano rogatus, cur filiam ſuam uxorem nollet ducere, quæ & corpore pulchra erat, tum continens & eloquens, genere nobilis, dote præſtans, & bona fama atq; virtute ornata? Reſpondit: Se quidem ſcire, illa omnia vera eſſe, ſed malle ſe ſui ipſius eſſe, quàm illius. Idq; propter arrogantiam, quæ Mulieribus ut plurimum

ſolet eſſe familiaris: & quia ſexus imperfecti ſunt, appetitus carnalis inſatiabilis, & avida cupiditate pomparum plenæ.

Unde concludi poteſt, eum qui Matrimonium init, ſi non omni afficiatur moleſtia, ſaltem defatigari. Et quandoq; videmus Maritatos cogitabũdos, melancholicos, laſſos, intricatos, ac interdum etiam planè conſternatos, & eorũ metuentes q̃ ob fœminarũ malitiam & inclinationem malam obvenire poſſent. Ita fit, ut q, ad conjugium mentem applicat, dum cogitat, ſe æqualem ſibi Sociã deſponſurũ, intolerabilem ſibi Herã deſpõdeat, ſuperbã, ſuſpectã, odioſam, levem, pũgentem, temerariam, exſecrabilem, & pnicioſam: *ſuperbam*, ꝑpter divitias; *ſuſpectam*, ꝑpter pulchritudinem; *odioſam*, ob deformitatem; *temerariã*, ꝑpter audaciam; *exſecrabilẽ*, ob malignitatẽ; & in ipſo deniq; furore *pnicioſam*. Et q,d amplius? Recurunt etiã illi fœminarum Adverſarii ad mala & incomoda ab eis cauſata: & inprimis ad p̃cipitium primi hominis, ex quo via apta fuit peccato & morti, & exitioſus ingreſſus ad omnes miſerias & infortunium humanum. Dalyla Samſonem tradidit. Salomon ꝑpter concubinas extra ſe fuit poſitus. Achab propter Jezabelem fuit everſus. Ob Cleopatram M. Antonius ipſemet ſibi manus intulit. Ob Helenam, Troia fuit

Mulier effrenis plena eſt omnium malorum.

fuit deſtructa: ut centum & mille alia exempla infelicium eventuum à Mulieribus inprimis cauſſatorum taceantur, quorum nimis admodum plenæ ſunt hiſtoriæ. Et verò ſi quis uxorem ducere volet & concordi frui matrimonio, neceſſarium erit, ut (quemadmodum Alphonſus Aragoniæ Rex dixit) *Maritus ſurdus ſit, Uxor autem cæca,* ne vel ille rumores de hac ſparſos audiat, neq; hæc Mariti defectum videat. Heſiodus dicebat, Eum qui Mulieri fidem habet, æquè ſecurũ eſſe, atque illum, q arboris cujusdam foliis adhæreat: maximè ſub Autumni finem, quo tẽpore illa ſolent decidere. Neq; etiam illud hîc omittam, qꝺ iſti Mulierum obtrectatores obiiciunt, ſolere de Juvene nuptias contracturo dici, qꝺ jam, pedem veluti figendo velit conſiſtere: quandoquidem, ſi abſq; hoc vinculi hujus retinaculo foret, in cœlum uſq; eſſet evolaturus. Sed & quendam patriſfamilias perſuaſurum, ut filio uxorem deſponderet, dixiſſe ferunt, Neceſſum eſſe, ut filius ſapiens evadat; Nequaq̃ verò, patrem reſpõdiſſe, inquiunt. Nam ſi talis eſſet, nunquam uxorem duceret. Præterea & hoc allegant: Matrimonium eſſe ſervitutis ſpeciem, & quidem duræ, ut Baldus addit *in l. bonæ fidei C. de reb. cred.* Cui & Landolphus adſtipulatur, *de vita Chriſti,* & Joh. Lopez. *in Rubr. de donat. int.* *Matrimonii ſervitutis ſpecies.*

vir. & uxor. Siquidem vir uxorem ducens libertatem perdat, quovis orientali theſauro precioſiorem, ut ait Lucas de Penna ad *C. d. Murileg. lib. 11.* Sed & Horatius canit:

Non benè pro toto libertas venditur auro:

Libertas ab omnibus deſiderata.

quia nihil omninò eſt, quòd à quavis creatura magis expetatur, quàm pulchra, ſuavis, cara & precioſa libertas. Animalculum iſtud, quod tanto labore vides è cavea moliri egreſſum; dum canit, non genuinum edit cantum, ſed lamentabilem quandã vocem, à recordatione amiſſę illius libertatis expreſſam. Feræ quoq; ſolitarias ſyluas frequentare geſtiunt. & quamvis momento quodam temporis conſociantur; toto tamen poſteà anno diſſociatæ manent & ſolæ. Etſi enim beſtiali illo appetitu ſuo alterius boni non capace, moventur quandoque, ſtimulatæ ſolummodè brevi illa voluptate, primos illorum ſenſus titillante; poſteà tamen particula aliqua prudentiæ correctæ, & ſuo ipſarum amore compunctæ retrahuntur;&, ſicuti videre eſt, continenter viuunt. Sanè ubi plures uno Moderatores ſunt, ibi locum ſibi vendicat Confuſio. Non curat Maritum Luna, imò quò longius à ſole remota eſt, eò pulchrior apparet, lucidior, & clarior. Nam quòd furioſi poëtæ de ipſa & Endymione fabulantur, id alio quodam ſine ab eis fuit effi-

Luna quo remotior à Sole eò pulchrior.

ctum. Quælibet ſtella continuum ſuum curſum perficit, abſq; ullius ſocietatis auxilio: nec perpetuo illo ordine deficitur: quanquã nobis interdum contrarium videatur, eò quod variis ſeſe aſpectibus invicem contuentes, iuxta neceſſarium gyrum, diverſos in creaturis inferioribus ſibi ſubiectis effectus operantur. Hoc amplius & illud addunt, quòd DEUS Euam cum Adamo non creaverit, Sed efformationem illius ad beſtiarum uſque productionem reſervarit, ut ait Symphorianus *in Theologia Trimegiſtica, parti: 5.* & Codrus *Sermone 13.* Quò forſitan & Plato reſpexit, cum dubitavit, utrum animalium ratione præditorum, an verò Brutorum numero Fœmina eſſet recenſenda? Sicuti Euſebius refert *li. 12. de præparat: Evangelica cap. 7.* Atq; hîc ſubjungunt, Euam non ita perfectè ad DEI imaginem conditam eſſe, ut Virum: quandoquidem Mas quidem inmediatè ad imaginem DEI fuerit effigiatus; Fœmina autem ex Mariſcoſta formata, atq; ita non niſi mediante Viro imaginem illam repſentet: ut Bonaventura aſſerit *lib. 2. Senten. diſtinct. 16. art. 2. q. 2.* Et tenent omnes Theologi, Multò excellentiorem in Viro eſſe DEI imaginem, quàm in fœmina. Unde D. Thomas *in prima part. ſuæ ſummæ. q. 93. art. 4.* eodem ſenſu ſcripſit: *Tam in viro quàm in mulie-*

Stellæ vivũt ſolæ.

Eva cur cum Adamo ſimul non creata.

Mas imaginẽ DEI immediate repſentat: Mulier non niſi mediante viro.

re invenitur DEI imago: quantum ad id, in quo principaliter ratio imaginis conſiſtit, ſcilicet, quã-tum ad intellectualem naturam. Unde Gen. 1. cum dixiſſet: Ad imaginem creavit illum, ſcil. hominem: ſubdidit; Maſculum & fœminam creavit eos, & dixit pluraliter Eos (ut Auguſtinus dixit) ne intelligatur in uno Individuo uterq; ſexus fuiſſe conjunctus. Sed quantum ad aliquid ſecundarium, imago DEI invenitur in Viro, ſecũdum quod non invenitur in Muliere. Nam vir eſt principium mulieris & finis: Sicut DEUS eſt principiũ & finis totius creaturæ. Unde cum Apoſtolus. 1. ad Cor. 11. dixiſſet: Quod vir imago & gloria DEI eſt: Mulier autem eſt gloria viri; oſtẽdit quare hoc dixiſſet, ſubdens; Non n. vir eſt ex Muliere, ſed Mulier ex viro: & vir non eſt creatus propter Mulierem, ſed mulier propter virum.
Iſtas, & centum vel mille alias calumnias atq; convitia Obtrectatores illi in mulieres jactitant; ideoq; q. ab his ſolutus vel immunis eſt, ex eorum ſententia ſemper erit tutus: at verò fatuus, qui periculum ſubierit improbam ducendi uxorem, vitæ ſolicitæ cauſſam. Ita enim dicunt nimbo paſſionum incitati, atq; obſcurare nituntur veritatis radios, & venuſtæ ſcenæ Muliebris gloriæ velum obducere. Verùm ex altera parte alii ſtatuunt, Uxorem ducendam eſſe, conſiderata nimirum Matrimonii origine & vetuſtate, item loco, in quo

fuit

fuit inſtitutum, & auctore etiam ipſo. Inter Philoſophos Ariſtoteles *in Ethicis* aſſerit, Virum non debere eſſe abſq; uxore. Et Athenæus ſcribit: Hominem animal eſſe ſociabile; & veram ſocietatem eſſe illam Mulieris matrimonio conjunctæ. Cæterùm quatuor Matrimonii genera, juxta Theologorum ſententiã, ſacris produntur literis. Primum Adami & Evæ, cui lõga ſerie ſuccedũt omnia alia matrimonia, Viro & fœminæ cõmunia. *Hoc os ex oſſib. meis & caro de carne mea. Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ.* Secundũ, inter Chriſtum & Eccleſiã, cujus primum illud figura fuit & exemplum. *Sacramentum magnum eſt* inquit Paulus *ad Epheſ. 5. Ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.* Et Johannes in Apocalypſi *cap. 21. Veni & oſtendam tibi novam nuptam, Spõſam agni.* Tertium eſt inter DEUM & animam fidelem. *Sponſabo te mihi in ſempiternum, & Sponſabo te mihi in Juſticia, & judicio, & in miſericordia & in miſerationibus, & Sponſabo te mihi in fide Oſeæ. 2.* Fides enim eſt ex bonis matrimonii, ut dicunt Theologi *lib. 4. ſenten: diſt. 31.* & de hoc clarum exſtat teſtimonium *in Can. omne. 27. q. 2.* Ideoque Paulus *1. Cor. 7.* ait. *Nolite fraudari invicẽ.* Et Ariſtoteles in Ethicis: *Vir non debet injuriari fœminæ, nec fœmina viro.* Sed D. Ambroſius *in c. nemo. 32. q. 4. Nemo*

Rationes pro Matrimonii defenſione.

Matrimonii quatuor genera.

ſibi blandiatur (ait) *de legibus hominum: quia quod non licet mulieri, non licet viro.* Quartum Matrimonium eſt inter filium DEI & Humanam naturam. *Qui habet ſponſam ſponſus eſt: amicus autem ſponſi, qui ſtat & audivit eum.* Et in iſtis Matrimoniis mirabilia iuveniuntur, & maxima admiratione digna. In *primo:* Sponſus & Sponſæ ſunt duo in una carne: *Erunt duo in carne una Gen.* 2. In *ſecundo* ſunt duo in uno corpore. D. Paulus *1. Cor. 6. Omnia membra corporis cum ſint multa, unum tamen corpus ſunt in Chriſto.* In *tertio*, ſunt duo in uno Spiritu: *Qui adhæret DEO, unus ſpiritus eſt. 1. Cor. 6.* In *quarto*, ſunt duo in una perſona: *ſicut anima rationalis & caro, unus eſt homo: ita DEUS & homo unus eſt Chriſtus*, dicit Athanaſius. Secundum inter Chriſtum & Eccleſiam, eſt ſacramentale: Tertium inter DEUM & animam, eſt Spirituale: Quartum inter Verbum & Humanitatem noſtram, eſt Perſonale. Et primum, quamvis carnale ſit, nihilominus tamen idem & ſacramentum eſt, & gratiam confert, & eſt figura Matrimonii cum Eccleſia, eo modo, ut licet carnale ſit, nihilo tamen minus dicere poſſimus ipſum de reliquis tribus omnibus ſimul participare. Et quidem de Sacramentali, quia eſt Sacramentum: de Spirituali, quia confert gratiam; & de Perſonali, quia figura eſt & typus.

Iſtud

Iſtud Matrimonium (ait DN. Pancirola) non ſolum officium eſt digniſſimum, ſed & præſtantiſſimum remedium, & Sanctiſſimum Sacramentũ. Officium digniſſimum: quia hoc mediante generatio humana propagatur, & proles dignoſcitur. Parentes enim proprios agnoſcentes liberos, magna cum cura & dulcedine eos educant & nutriunt. quo fit, ut hi vel moribus, vel effigie ipſos repræſentare poſtea ſoleant. Unde ſi parentes nativæ bonitatis (vel bonæ indolis) fuerint: tales quoq; & deſcendentes ipſorum depræhendentur. Cui conveniens, quod Ezechiel dixit: *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: Pater tuus Amorrheus, & mater tua Hettæa.* Et Eſdras: *Qualis ager, talia & ſemina: & quales flores, tales & tincturæ: qualis operator, talis & creatio: & qualis Agricola, tales & cultura.* Et Luc. cap. 6. *Non poteſt arbor mala bonos fructus facere: neq; arbor bona, malos.* Quò & Horatius alluſit illis verſibus.

Matrimonium & officium eſt, & remedium, & Sacramentum.

Liberi parentibus ſimiles.

Fortes creantur fortibus, & bonis
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus: neq; imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

Et apud Stobæum ſcriptum legimus:

Hunc ego puerum tanta modeſtia præditum novi,
Et cum bonis converſando pietatem coluiſſe.

Quo pacto igitur ex tali homine malus
Naſceretur? nullus hoc mihi perſuadebit unquam.

Ariſtoteles quoq; *libr. 1. politicor. cap. 4.* ſcriptum reliquit: Sicut ex hominib. hominem, & ex beſtiâ beſtiam; ſic ex bonis bonũ generari. Et *li. 3. c. 8.* Conſentaneum eſt, ex melioribus ortos eſſe meliores. Et *in Rethoricis* ubi de præceptis cauſarum civilium diſſerit: Nemini eſt obſcurum (inquit) qui ex bonis clariſq; parentibus nati ſunt, eos conſentaneè fieri ſuis Majoribus non diſſimiles. Et *libr. 3. Rhet. ad Theod:* Veriſimile eſt, probum ex probis, & benè educatum in probum virum evaſiſſe. Et Cicero pro Roſcio. *Nemo ex probo patre improbum filium naſci poſſe exiſtimaret.* Unde Diogenes Cynicus in foro adoleſcentem ebrium conſpicatus, patrem ipſius bibonem fuiſſe & ebrioſum judicavit, ut refert Laertius. Atq; huc reſpiciens Martialis, quaſi cum ſtupore miratur, quòd ebrioſi cujuſdam filia non vinum ſed aquam biberit; cum ait:

Miror, quòd Baſſi filia potat aquam.

Sed de hoc commodius agemus, quando de eo diſſeremus, ad quos oculos cõvertere deceat eum, qui matrimonium initurus eſt. Redeuntes igitur eò, unde digreſſi ſumus, Matrimonium ſalutare eſſe dicimus, ad carnis

impe-

impetum abſq; peccato frenandũ. *Melius eſt* *n. nubere q̃ vri:* itemq; Sacramentũ,ad explicandũ mirabilem illam unionem, q̃ eſt inter Chriſtũ & Eccleſiã. *Dilectus meus mihi, & Ego illi.* Hæc eſt Matrimonii nobilitas, quamq̃ & aliæ ejus qualitates & conditiones ſunt, q̃ eam manifeſtam faciant: quippe cum à Deo id immediatè ſit inſtitutum. *Quod DEUS conjunxit,homo non ſeparet.* Et Chriſtus non ſolùm corporali præſentiâ ſuâ id honoravit, ſed inde etiam principium miraculorum ſuorum in Cana Galilææ fuit auſpicatus. Sed & antiquiſſimum eſt, ab ipſo mundi exorſu in terreſtri Paradiſo introductum: *Creſcite & multiplicamini*, dixit Deus Adamo & Euæ. Eſtq; *magnum illud myſterium*, de quo Paulus loquitur. Et varios producit fructus: verbi cauſſa: Conſervationem humanæ ſpeciei, quietem corporis, & gratiam: adeò ut Pſalmus beatum eum prædicet, qui in poſſeſſionem illius venerit: *Beatus es, & benè tibi erit.* Nam ut oſtendat, ſe de Matrimonio loqui, addit. *Vxor tua ſicut vitis abũdans,* Et à Paulo illud appellatur: *Honorabile conjugium in omnibus, & thorus immaculatus.* Eſtq; teſtimonio, quòd *Mulier ſalvabitur per filiorum generationem.* Nec deſunt prærogativę, quę matrimoniũ reddunt amabale. Unio nimirum ſancta, & beata conjunctio:

Matrimoniũ quare ſalutare.

Laus.

Matrimonii Antiquitas.

Fructus.

Prærogativa.

Matrimoniũ conſeruat mundum & implet Paradiſum.

quæ mundum quidem viris & Mulieribus eum adornantibus; Paradiſum autem animis implet, perfectiſſima & feliciſſima præſentia Summi Boni gaudentibus. Et ſi abſque matrimonio foret, quo mediante Liberi naſcantur, ecquis(ait Lucas de penna *in l. Mulieres 9. C. de incolis lib. 10.* & Bernardinus Buſtus *in prima parte ſuorum ſermonũ lib. 10. ſerm. 25.)* docturus eſſet ſcientias? quis artes exerciturus? quis patriam & civitates defenſurus? Et niſi per generationem renovaretur illud, quod per mortem neceſſariò tendit ad finem; quomodo continuari poſſet proſapia? Vt verè dicere poſſimus, Societatem maris & fœminæ eſſe optimam: ac ſi aliter foret, tum Naturam ipſam, quæ in rebus neceſſariis non deficit, nec deficere poteſt, non docturam fuiſſe omnia animalia Unionis ſive conjunctionis illius uſum, nec continuis eum exemplis, perſuaſuram.

Matrimoniũ ab omnibus nationibus receptam.

Vnionis deſiderium etiã in animalibus ratione deſtitutis.

Verno tempore per virides campos ſupra ramulum quendam cantari audiuntur Luſciniæ duæ. Hirundines ædes noſtras involantes modò ſupra hoc, modò alio bacillo ſeu trabium fibula cum amata ſocia tempus traducunt, nidos fabricando, & teneros nutriendo pullos. Ovis Arieti; Capra Capro; Juvenca Tauro, videtur blandis occurrere ſaltibus. Amantium columbarum paria ſeſe oble-

oblectant: crudaq; animalia & venenatiſſimi ſerpentes ſepoſito ſuo tempore omni feritate & veneno, ſocietatem alterius ſexus quærunt.

Vipera ſepoſito virore occurrit amanti,
Mitigat & Tigres, ruidosq́, Cupido Leones.

Etiam catella hæc mea *Birina* aſſervari diutius non poſſet, niſi ſuo ipſi tempore de Marito proſpiciatur, à quo blandè ſe cum eo oblectando, voluptatibus ſuis expleatur. Ineſt quoq; deſiderium iſtud petris & marmoribus: quandoquidem Mineralium alterum alteri ſeſe conſociat, & non ſecus atq; vivum aliquod animal conjunctionem illius appetit. Nec minus & plantæ mutuo ſe amore proſequuntur, & vel hanc vel aliam terram, aërem &aquam; itemq; iſtam aut illam conſtellationem deſiderant: nec quicquam eſt, quod Matrimonium ſibi tanquam optimũ quippiam non perſuadeat. Et cur credamus DEUM ad imaginem & ſimilitudinem ſuam formaſſe fœminam, in fœlici innocentiæ & juſticiæ originalis ſtatu poſitam, & Dominam conſtitutam Mundi hujus inferioris: niſi ut eò facilius permoveretur homo ad conjungendum & uniendum ſecum illa, conſideratis nimirum præſtantia & nobilitate ejus, tam quò ad cauſam efficientem & Nomen, ac locum, quàm quò ad Materi-

Cur DEVS fœminam formârit?

Fœmina nobilitas.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

am, itemq; formam, & dotes corporis, tandemq; etiam, quoad Animam, ut ita dicam ſcientificam & virtutis plenam. Quantum n. ad primum; quis negabit, fœminam omnipotenti manu DEI eſſe factam, & ad imaginem ac ſimilitudinem ipſius (ut ſacræ atteſtantur literæ) non quidem fortuito caſu (ut illi aiunt, qui indignatione accenſi potius, quàm certa ratione & conſilio ducti Mulieres nunquam non vituperare ſatagunt) ſed deſtinato animi judicio formatam? Unde ſi conſiderare velimus id, quod Natura quam maximè deſiderat, cujuſmodi eſt humanæ ſpeciei conſervatio: in fœmina id cognoſcemus. Neq; n. homo aut virilis ille ſexus per ſe perfectus eſt: at fœmina tantò propius ad pfectionem accedit, quantò plus operæ pſtat ipſi conſervationi. Non n. in generatione duntaxat operat; ſed & in partu, in lactatione & nutritione, ut quotidiè videmus. Quod verò ad gradũ Nobilitatis q̃ à fœminæ denominatione trahitur: conſtat Eam nobiliſſimo nomine appellatã, & tantò eſſe excellentiorem viro, quantò præſtantius ipſo nomen habet. *Adam* quippe terram ſignificat; *Eva* vitam. Quò igitur vita dignior eſt terrâ, eò magis fœmina Mari debet antiponi. Et id ipſum quidem nomen etiã Chriſto attribuitur, in Evangelio: *Ego ſum via, veritas, & vita.*

Quò ad cauſam efficientem.

Quò ad Nomen.

Nec

Nec obiiciant mihi hoc loco obtrectatores, Ex nominib. de Reb. judicare, debile eſſe argumentum. Etſi n. ita dixerint illi quidem: Ego tamen eis hoc contrà reponã: DEUM omnipotentẽ Rerum & Nominũ ſummũ artificem, Res prius cognoviſſe, q̃ nominaſſe, & ea excogitaſſe Nomina, q̃ Rerũ Naturam, ꝓprietatem & uſum exprimerent. Veritas etenim antiquorũ nominũ eſt, ut ſint Reb. cõvenientia, & eas apertè ſignificent. Ideoq; apud Theologus, iuxtà & Juriſcõſultos argumentũ à denominatione ductũ maximi eſt momenti. Unde de *Nabale* legimus, ꝙ juxta nominis ſui appellationẽ Stultus ſit, & ſtulticia ejus cum eo. Et Apoſtolus ad Hebræos ſcribens, cum demonſtraturus eſſet ſummã Chriſti excellentiam, his utitur verbis: *Tantò præſtantior factus eſt Angelis, quantò excellentius præ illis ſortitus eſt nomen.* Ac ſi liceret mihi in laudem fœminei ſexus Etymologiam *Chriſti excellentia à Paulo expreſſa.* Euæ ex cabaliſtarum ſecretis effingere; monſtrarem haud dubiè, nomen Mulieris (*della Donna*) cùm nomine Tetragrammato, quod Divinæ Omnipotentiæ verbũ eſt ineffabile, plus cõformitatis habere, q̃ illam Viri appellationẽ. Sed mitto iſta: quoniã & à paucis lecta ſunt & à pauciſſimis intellecta; atq; inſuper etiam ampliorem narrationem deſiderant, huic loco minus convenientem.

Nec obſtat, quod S. Cyprianus, majorem viri quam fœminæ nobilitatem & præſtantiam oſtenſurus dicat, Adamum à quatuor mundi cardinibus, qui ſunt Anatole, Dyſis, Arctos, Meſimbria, quibus Oriens, Occidens, Septentrio & Meridies ſignificatur, nomen fuiſſe adeptum.

Quemadmodum nec illud obeſt, quòd Adami nomen idem auctor interpretatur, quia terra facta ſit caro. Iſta enim interpretatio à Moſe diſſentit: & apud Hebræos illud nomen non quatuor ſed tribus duntaxat literis ſcribitur. Ex quo colligitur, Sanctum illum virum Hebraicam linguam non calluiſſe: cujus & alii multi, quod tamen eis nequaquam erit exprobrandum, non probè fuerunt gnari. Quantùm porrò ad loci nobilitatem, in quo creata fuit fœmina, attinet: quis dubitet, creatam eam fuiſſe loco longè nobiliſſimo? in Paradiſo nimirum omnibus deliciis affluente: & quidem non tantùm Spirituali illo, ut Origenes putavit; ſed Spirituali & materiali ſimul, ſecundum Auguſtini ſententiam *lib.12. Geneſis ad literam.* At vir extra Paradiſum fuit efformatus: ut apparet *ex. 2. cap. Gen.* Atq; ita Magiſter ſententiarum tenuit *2. diſtinct. 17.* Quod autem loci nobilitas perſonæ nobilitati conferat, clarum eſt. Idq; & ſacræ literæ reddunt manifeſtum,

Cyprianus lingua Hebraica imperitus.

Nobilitas fœminæ quoad locum.

nifeſtum, dum Iſaac filiò ſuo Iacob in mandatis dedit, ne ex terra Canaan, ſed ex Meſopotamia vel Syria, quæ melioris conditionis erat, uxorem duceret.

Sed & ſi materiam, ex qua mulier formata fuit, conſiderare velimus: majorem abſq; dubio nobilitatis gradum inea, quàm in viro depræhendemus. Hic enim à DEO ex terra ſimplici fuit effictus. *Formavit Dominus DEVS hominem de limo terræ.* Fœmina autem non ex inanimo & viliſſimo luto; ſed ex materia purificata, animata & vivace, itemq; anima rationali divinæ mentis participe, ex coſta & carne Adami. *Et ædificavit Dominus DEVS coſtam, quam tulerat de Adam, in Mulierem.* Ideò Beneventura *lib. 2. Sententiar. diſtinct. 16. q. 2. artic. 2.* & D. Thomas *prima parte ſuæ ſumm. q. 92.* notant, non dici fœminam ex viri capite fuiſſe formatam, ne integrum ſibi eſſe videatur, in dominio ſe illi præponere; nec ex pedibus, ne inſtar ancillæ ab ipſo habeatur: ut ait Petrus Lombardus *lib. 2. ſentent. diſtinct. 18.* Hugo de S. Victore *lib. de Sacrament.* Alexander Alenſis *3. parte ſuæ ſummæ q. 88. Membro 2. & 3.* Idem Thomas *1. Parte ſuæ ſuum. q. 92. art. 3. & in opuſculo, de Decem præceptis, in ſexto præcepto.* Nicol. de Lyra *ſup. 2. cap. Genes.* Antoninus *1. part. ſuæ ſumm. Tit. 1.* Hoſtienſis *ad Tit. de ma-*

Quoad Materiam.

Bonaventuræ & aliorum opinio, circa formationem Mulieris.

trimon. & Cardinalis Alexandrinus *in C. gaudemus §. fin. Ex. de Divort.* quib. & D Ambroſius adſtipulatur *lib. 5. Hexamer. cap. 3.* ubi ait: *Non es Dominus, ſed maritus; non ancillam ſortitus es, ſed uxorem. Gubernatorem te DEUS vult eſſe ſexus inferioris, non præpotentem.* Sed nec ex femore, verum ex coſta: ut ſocia ipſius perhiberetur: prout appellatur *in l. adverſus. C. de crim. expil. hæredit.* Et Plautus quoque ſcribit, Mulieres eſſe virorum ſocias, dum Pinacium de viris ita loquentem introducit:

Eva cur non ex viri femore.

——pudicitia eſt, Pater,
Eos magnificare, qui nos ſocias ſumſerunt ſibi.

Et Adamus ipſe *Gen. 3.* inquit: *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* quo ipſo quidem non tàm eam accuſare, q̃ peccatum ſuum excuſare voluit: ſed dum ita excuſat, magis id adauget q̃ abolet. Deus itaque cũ deliberaret fœminã viro creare ſociã, ſoporem induxit Adamo, atq; ita dormienti coſtã detraxit, ex qua mulierẽ formavit, contra Thomæ Cajetani opinionem, recitatam ab Alphonſo de Caſtro *lib. 2. contra Hæreſes*, & ſic *duo fuerunt in carne una.* Idq; ideo: ut vir eam eò ardentiore amoris affectu proſequeretur, quippe q̃ à ſeipſo profectam intelligeret. Ita Thomas dicit *in 1. parte ſua ſumma.*

q. 92.

q.92. Et Moſes narrat, Adamum, cum Evam uxorem ſuam vidiſſet, in hæc porupiſſe verba: *Hæc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea; hæc vocabitur virago, quoniā de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem ſuū, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ; & erunt duo in carne una.* Et Chryſoſtomus *in Matth.* dixit: Uxor tantum debet affici viro, ut neminem putet eo ſapientiorem vel fortiorem, aut formoſiorem, licet alter ſit ipſo ſapientior, vel fortior vel formoſior, perfectus enim amor verum judicium non agnoſcit. Uxor itaq; marito par ſit in amore, in caritate, in imperio, & dominatione. Atq; eo reſpectu Plutarchus *in problemat.* dixit, ꝙ novæ nuptæ Romanę mariti domum ingreſſæ, ſolitæ fuerint ad eum ſe convertere, & ſolennia hæc proferre verba: Vides me ædes haſce ingreſſam, ut tecum ſim. *Ubi igitur tu Cajus, ego Caia*, hoc eſt, cum tu fueris Dominus, ego quoq; ero ſocia & Domina. Quod ex veteri lege Romuli, primi Regis & Romæ fundatoris eſt deſumtum; quæ ſic habebat: *Mulier viro legitimè conjuncta, fortunarum & ſacrorum ſocia illi eſto: utq; ille Dominus, ita hæc Domina.* Cujus legis & Dionyſius Halycarnaſſeus meminit *lib. 2. Antiquit: Roman.* Quòd ſi præterea, intrinſecam & extrinſecā Mulieris formā cōſideraverim⁹: intelligemus ꝑfectò,

Sponſa Romanæ mos.

Nobilitas fœminæ, quo ad formam intrinſecam & extrinſecam.

utramq; ei obtigiſſe nobiliſſimam. Intrinſeca enim à Platone diviſa eſt in animam Senſitivam, Rationalem & Mentem, quæ ei cũ viro communis eſt: & quia prima illa erga mundum tota vertitur; Animalis eſt appellata, ubi paſſiones ſeu affectus dimorantur. Cabaliſtis, *Nephes* dicitur; Moiſi *anima vivens*. Et hanc procul dubio intellexit Chriſtus cum ait; *Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem*. Secunda ab Ariſtotele dicta fuit Intellectus practicus; à Cicerone, Intelligentia; à Cabaliſtis Ruah. Tertiam Moiſes nominat Spiraculum vitæ; Auguſtinus portionem ſuperiorem; David, Lumen: *Et in lumine tuo videbimus lumen*. quod lumen Ariſtoteles dixit Intellectum agentem. Et quid de corporali Mulieris pulchritudine, extrinſeca ipſius forma dicemus? quæ tantæ venuſtatis eſt, ut illam Viri formam omnimodò ſuperet? Eſt enim corporis delicatiſſimi; carnis tenerrimæ; coloris clari & candidi; cutis politæ & lucidæ; capitis belli; comæ prolixæ; capillorum ſubtilium & ſplendentium; Vultus venerabilis; obtutus hilaris; faciei formoſiſſimæ; colli nivei; frontis exporrectæ & nitidæ; Oculorum vivorum & lucentium; lætitiæ amabilis & gratioſæ; ſuperciliorum in ſubtiliſſimum gyrum compoſitorum; naſi ęqualis ad juſtam menſuram produ-

producti; oris pulchri,& teneris labellis gratioſi; dentium nitidiſſimorum & minutorum; genarum mollicularum & honeſtatis plenarum; vocis jucundæ & ſuavis; pectoris ampli & prominentis; mammillarum ſolidarum; brachiorum longorum & rotundorum, ac juſta compage conſpicuorum; greſſus & inceſſus maturi atq; modeſti; & motus deniq; honeſti. Mulicbris iſthæc pulchritudo nunquam non cùm antiquis illis, tum noſtris hiſce temporibus ita fuit celebrata, ut omnes ſcriptorum paginæ nihil aliud quã egregias Mulierum, tàm fato functarum, quàm etiamnum ſuperſtitum laudes perſonent. Sc Virgilius Amaryllida celebrat.

Formoſam reſonare docens Amaryllida Sylvas.

Ovidius Atalantam:

Atalanta venit Schenei pulcherrima virgo,
Raſilis huic ſummam mordebat fibula veſtem,
Crinis erat ſimplex, nodum collectus in unum.
Talis erat cultus facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine poſſes.

Propertius Briſeida.

Omnia formoſam propter Briſeida paſſus.
Tantus in emtitio ſævit amore dolor.

Idem Antiopen:

Tu licet Antiopæ formam Nycteidos, & tu
Parthanã referas laudibus Hermionem.

Strozza pater Berſabeam:

Ille ſacri vates operis, Jeſſeia proles,
Præfecit populo quem DEVS ipſe ſuo,
Berſabea captus forma, tibi magne Cupido
Ceſſit: nec Salomon tutior ipſe fuit.

Ovidius Cydippen, ob formæ venuſtatem ab Acontio amatam.

Aut eſſes formoſa minus, peterere modeſtè:
Audaces facie cogimur eſſe tua.
Tu facis hoc, oculiq; tui, quib. ignea cedunt
Sidera, qui flammæ cauſſa fuère meæ.
Hoc faciunt flavi crines, & eburnea cervix,
Quasq; pcor veniant in mea colla manus.
Et decor, & vultus ſine ruſticitate pudentes,
Et Thetidis quales vix reor eſſe pedes.
Cætera ſi poſſem laudare, beatior eſſem.
Nec dubito, totum quin tua pars ſit opus.
Hac ego compulſus, non eſt mirabile, forma,
Si pignus volui vocis habere tuæ.

Martialis Catullam:

Formoſiſſima, quæ fuère, vel ſunt,
O quam te fieri, Catulla, vellem
Formoſam minus, aut magis pudicam!

Propertius celebrat Cynthiam, cũ ita canit:

Et quæcunq; tulit formoſi temporis ætas,
Cynthia non illas nomen habere ſinat.

Et

Et alibi:

Illic formoſæ veniat chorus Heroina,
Quas dedit Argivis Dardana p̃da viris.
Quarum nulla tuâ fuerit mihi Cynthiâ formâ
Gratior.

Virgilius Deiopeam *lib. 1. Æneid.*

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nympha,
Quarum quæ formâ pulcherrima, Dejopeã
Connubio jungam ſtabili, ꝓpriamq; dicabo.

Et de Didone. *lib. 11. ait.*

Regina ad templũ formâ pulcherrima Dido
Inceſſit.

Ovidius Deianiram *lib. 9.* ſic laudat:

Nomine ſi qua ſuo tandem ꝑvenit ad aures
Dejanira tuas, quondã pulcherrima virgo,
Multorumq; fuit ſpes invidioſa procorum.

Idem de Galathea *lib. 13.*

Candidior folio nivei Galathea liguſtri,
Floridior prato, longo procerior almo,
Splendidior vitro, tenero laſcivior hoedo,
Levior aſſiduo detritis æquore conchis,
Solibus hibernis, æſtiva gratior umbra,
Nobilior pomis, platano conſpectior alta,
Lucidior glacie, matura dulcior uvâ,
Mollior & cygni plumis, & lacte coacto,
Et, ſi non fugias, riguo formoſior horto.

De Eurydice Quintianus:

Hæc ſata Mercurio Eurydice formoſa puellas
Tam viſa eſt ſuperare pares cœleſtibus aulis,
Quam jucunda Venus dominas ſuperemi-net omnes.

Idem:

Venerat Eurydice ſparſis formoſa capillis,
Cui teretes digiti, cui flava monilia, vultus
Siderei, incerto rubris candore papillis.

Tibullus laudat Sulpitiæ pulchritudinem his verſibus:

Illius ex oculis, quum vult exurere Divos,
Accendit geminas Lampades acer Amor.
Illam quicquid agit, quoquò veſtigia movit,
Componit furtim ſubſequiturq; decor.
Seu ſolvit crines, fuſis decet eſſe capillis:
Seu compſit, comptis eſt veneranda comis.
Urit, ſeu Tyria voluit procedere palla:
Urit, ſeu niveâ candida veſte venit.

Et Statius Venerem ita de Violantilla canentem introducit *lib. 1. Sylvar.*

—— hanc ego formæ
Egregium mirata decus, cui gloria patrum,
Et generis certabat honos, tellure cadentem,
Excepi, fovìq; ſinu: nec colla, genaſq;
Comere, nec pingui crinem deducere amomo
Ceſſavit mea, Nate, manus: mihi dulcis imago

Proſi-

Proſiluit. celſa procul adſpice frontis honores,
Suggeſtumq́ꝫ comæ, Latias metire quid ultra
Emineat matres, quantum Latonia Nymphas
Virgo præit, quantumq́ꝫ egomet Nereidas exto.

Et paulo poſt:

At tu pulcherrima formâ
Italidum tandem merito poſſeſſa Marito.

Homerus Helenæ formam admiratus, divinam eam appellavit: & Paris apud Ovidium ita de ea canit:

His ſimiles vultus (quantum reminiſcor) habebat,
Venit in arbitrium cùm Cytherea meum.
Si tu veniſſes pariter certamen in illud,
In dubio Veneris palma futura fuit.
Magna quidem de te rumor præconia fecit,
Nullaq́ꝫ de facie neſcia terra tua eſt.
Nec tibi per totam Phrygiam, nec Solis ab ortu
Inter formoſas altera nomen habet.
Credis & hoc nobis? minor eſt tua gloria vero,
Famaq́ꝫ de forma penè maligna tua eſt.

Et Propertius lib. 2.

Poſt Helenam hæc terris forma ſecunda redit.

Digna quidem facies, pro qua vel obiret
Achilles,
Vel Priamus belli cauſa probanda fuit.

Et Baptiſta Pius.

Carmine formoſa eſt Cycno generata Laca-(*na,*
Qua quondam in cineres Troia ſuperba
ruit.

Sed & Iſocrates quadam oratione ſua Helenę pulchritudinem plenè collegit & commendavit. Quid plura? Ariadna ob hanc in Bachi conjugium fuit adſcita, & in cœlum intra ſtellas coronam ſuam intulit: de qua Aratus.

Cara Ariadnea propius ſtant ſigna coronæ,
Hunc illi Bachus thalami memor addit honorẽ.

Catullus de hac & Theſeo ita loquitur.

Hunc ſimul ac cupido conſpexit lumine Virgo
Regia, quem ſuaves exſpirans caſtus odores
Lectulus, in molli complexu matris alebat:
Quales Eurotæ progignunt flumina myrtus,
Aurave diſtinctos educit verna colores:
Non prius ex illo flagrantia declinavit
Lumina, quàm cuncto concepit pectore flam-
mam.

Orpheus celebrat Eurydicen: Euripides Mileſiam: Horatius Glyceren: Strozza pater Virginiam, Antigonẽ, Arachnem, Arethuſã Polyxenã, Pelagiã, Lycaſtẽ, Iocaſtã, Hecubã, Caſſandrã, & alias infinitas: Scriptura ſacra Iudith, Heſter, Rachel, Suſannã & plures alias.

Quòd ſi de gratia velimus loqui, conſtat eam mulierum eſſe propriiſſimam. Unde Athenodorus Philoſophus narrat, qͥ Sapphò cuidam Mulierũ pulchritudinẽ veluti rem delectabilem admiranti dixerit: *Conſiſte parumper, amice, gratiamq; in oculis conſidera.* Iſta igitur pulchritudo & gratia ſimul fœminas mirabiliter illuſtrarũt, & in cauſſa fuerũt, ut hæ præſtãtiſſimos quoq; viros ſuperarint. Cæſar Imperator in Ægypto ligatus fuit à Cleopatra; Alexander Magnus à Thaide; Marcus Aurelius à Fauſtina; Seleucus vinctus à Stratonica; David à Berſabe; Herodes à Marianna; Pompejus à Cornelia; Theſeus ab Ariadne; Achilles à Briſede; Samſon à Dalila; Socrates ab Aſpaſia; Gorgias Leontinus à Laide; Hortenſius à Martia; Cicero à Terentia; Catullus à Leſbia; Propertius à Cynthia; Ovidius à Corinna; Tibullus à Delia; Horatius à Glycere; Petrarcha à Laura; Dantes à Beatrice; Bocatius à Flammetta. Ob pulchritudinem & gratiam iſtam muliebrem Iupiter Tauri formam induit, propter Europam; & in aureum imbrem ſe convertit, propter Danaen: Daphne ab Apolline fuit deamata; filia Salmonei à Neptuno. Hercules propter Reginam Lydorum, fœminæ fila ducentis habitum adſumpſit. Vnde apud Propertium ita ait:

Gratia fœminarum.

Mulieres pulchritudine & gratia viros vicerunt.

Hercules habitu muliebri.

Idem ego Sidoniâ feci ſervilia pallâ
Officia, & Lydiâ penſa diurna colo.
Mollis & hirſutum cepit mihi faſcia pectus,
Et manibus duris apta puella fui.

Mulierum fortitudo.

Hinc non abſq; ratione Zorobabel in Regio illo Darii convivio concluſit, Mulieres eſſe fortiores Vino, & majoris potentiæ, quàm reges mundi; ut adnotatum exſtat, *lib. 3. Eſdræ.* Quod ſi & fortitudinem, corporalem Mulierum dotem contemplemur: quis ignorat, eas vigore illius mirabilia opera præſtitiſſe, & poſſe hunc ipſarum ſexum præter colum & fuſum, alia quoq; tractare? Quocircà Divinus Plato fœminas Reipub. ſuæ cives, non minus quàm viros armorum tractationi adſuefieri voluit, intelligens nimirum, quàm aptę ad bellum illæ eſſent & idoneæ. Nonne in hiſtoriis cum veterum tum recentiorum de tot tantiſq; Mulieribus fama celebratis legimus, quæ armorum & literarum præſtantia univerſum terrarum orbem impleverunt? Adſpice celebre illud ſororum par belligerantium, Hippolyten & Antiopen, natas in Themiſcyra, & fœminei exercitus Duces, unà cum reliquis omnibus Indicis & Aphricanis Amazonibus: quæ tanto regnarunt tempore, ut tot ſibi regiones, vel ad Caſpium uſq; mare ſubjugarint.

Nec

Nec verò ſuum duntaxat, ſed & vicinorum quoq; ſtatum ſæpè defenderunt: quarum etiam nonnullæ in campo Canabi Gothorum regis fuerunt repertæ, quando ille cum quinquies mille militibus ab Aureliano Imperatore fuit occiſus. Animoſa Caſſandra, & fortis illa Thaleſtris Amazonum Reginæ omnes provincias intra Phaſim fluvium & montem Caucaſum ſitas gubernarunt. quæ quidem Thaleſtris viſitatum veniens Alexandrum Macedonem, non dubitavit ei dicere, dignam ſe eſſe, quæ ex ipſo maſculum Paternorum Regnorum, aut fœminam Materni imperii hæredem generaret: quandoquidem generoſioribus parentibus neq; Rex quiſpiam, neque ulla Imperatrix naſci poſſet. Quid de magnanima Semirami dicemus? quæ quadraginta duos annos in Babylonia regnavit feliciter: muris civitatem cinxit: & non ſolum ædificiis eam ampliavit, verùm etiam multas regiones imperio ſuo adjunxit. Nam & Jndianos, Scythas, & multos prætereà populos vicit, & tantam ſibi nominis famam peperit, ut hanc ei invidens Alexander Magnus, poſt res præclariſſimè geſtas, cum exercitus ſui principibus, qui tot tantarumq; victoriarum jam pertæſi erant, & ad culmen humanæ gloriæ ſe perveniſſe putabant, diſſerens in hæc verba proru-

perit: Ego quidem non iam annos meos, ſed victorias enumerare ſoleo. Et quamvis Macedoniam, Græciam, Thraciam, Dalmatiam poſſideam; & Dominus ſim Triballorum, Medorum; Aſiamq; à confinibus Maris Rubri ad Helleſpontum uſq; traiecerim, atq; alia egregia facinora ediderim: videtis tamen ſolam illam Mulierem, Semiramin nimirũ, tantas exſtruxiſſe civitates, & tot tantaſque Nationes Imperio ſuo ſubieciſſe. Atq; ita palam faſſus fuit ſe fortitudine ab ipſa victum.

Camilla bellatrix. Camilla Volſcorum Regina nunquam animo ita demiſſo eſſe potuit, quin marito ſe adſociaret: Sed ſemper ad conflictus & bella generoſos ſuos ſpiritus & profundas cogitationes habebat intentas. Virgilius Harpalices & Pantheſileæ fortitudinem miris modis prædicat. Candace armorũ præſtantiâ Ægypti Regina evaſit. Thamaris Scytharum Regina propria ſua virtute Cyrum Perſarũ Regem occiſioni dedit. Amalaſunta è Liguria, Belgas, & Germanorum gentem expulit. Taceo Orithiiam & Mulieres Athenienſes, quæ tam diu in Bohemia regnarunt, Teleſillam, Phædaliam Spartanã; Africaniam Meduſam, Archidamiã; & Bunduciã Anglã. Sic & ſacra ſcriptura Delboram memorat, & Iudith, quæ intrepida manu magnũ illum ducẽ interemit. Sed & Heſter Regis Ahaſveri con-

junx,

junx populum ſuum non modo turpiſſima cæde liberavit, verùm etiam ſummo honore decoravit. Prætereo alias innumeras, quæ armorum viribus heroica facinora perpetrarunt, & ſexum ſuum æternis honoribus illuſtrarunt.

Quantum verò ad habitus ſcientificos, & virtuoſos attinet: quis neſcit, Mulieres in his non ſolum exæquaſſe viros: ſed etiam multorum ſapientum Magiſtras fuiſſe? Diotima certè Socratem docuit: ut & hunc ipſum Socratem, & magnum illum Periclem Aſpaſia. Hippò Centauri Chironis filia contemplationem cauſarum naturalium prępotentem Aeolum docuit. Hippathia Arcadii Imperatoris ætate, maxima Auditorum frequentiâ varias & diverſas diſciplinas Alexandriæ tradidit: aliquot de Aſtronomia libros ſcripſit; & poſt Plotinum, celebrem Platonis ſcholam rexit. Et quis Philoſophiam docuit melius, quàm famoſa illa Thargelia, & graviſſima Dama, Pythagoræ filia? quæ mirabili ingenii dexteritate, paterna ſententiarum involucra exponebat. *Nobilitas Mulierum quo ad habitus ſciẽtificos.*

Hygi*ëa* Æſculapii filia ab Athenienſibus fuit adorata, tanquam ſanitatis Dea: eò quòd medicam artem doctiſſimè calleret: ad quam Plato mulieres non minus aptas dicebat, quàm viros. Hinc Martialis:

C 4 *Protiu*

Protinus accurrunt Medici Medicæq;.

Quarum in numero ab authoribus recenſetur Diana, (quam Pauſanias in Atticis, *Sauthiſteram* appellat) Latona ab Higinio: Hecate à Dionyſio Mileſio: Medea ab Ovidio: Circe à Plinio: Anguitia à Silio Jtalico: Ocyroë ab Ovidio libr. 2. Metamorph: & Oenone Nympha ab eodem alibi.

Ipſe ratus dignam, medicas mihi tradidit artes,
Admiſitq; meas ad ſua dona manus.
Quæcunq; herba potens ad opem, radixq; medendi
Utilis in toto naſcitur orbe, mea eſt.
Me miſeram! quòd Amor non eſt medicabilis herbis!
Deſtituor prudens artis ab arte mea.

Polydamnam Homerus hiſce commendat verſibus, qui ex Budæi tralatione ſic habent:

Tyndaris hæc habuit ſummo Jove nata venena,
Quæ Polydamna dedit conjux Ægyptia Thonis
Commoda conſultò medica compoſta ſub arte,
Multa legens Phariâ ſolers tellure venena,
Noxia permixtim, carpens quoq; commoda multa.

Atq; ejus rei etiam Herodotus mentionem

facit

facit *lib.* 2. Diodorus Siculus, & Philoſtratus *lib.* 7. *de vita Apollonii Tyanei.* Diodorus *lib.* 4. *cap.* 5. obmedicam iſtam facultatem Cybelem Matrem omnium vocat. De qua Orpheus: *Mater Deorum pariter, & Mortalium.* De Pallade dicit Ovidius:

Vos quoq; Phœbeä morbos qui pellitis arte,
Munera de veſtris pauca refſrte Deæ.

Homerus de Hecameda 14. *Iliad.* Ita loquitur:

Donec calfaciendo lavacra pulchro capillo decora
Hecameda calefaciat, & abluat Sanguinem &
Sudorem pulvere permixtum.

Taceo tot alias, quarum plenæ ſcriptorum ſunt paginæ. Nam ſi de omnibus ſcientiis & artibus diſſerueris, non minus apud doctiſſimas fœminas, quàm viros eas reperies. Atq; eò reſpexiſſe Platonem credo, cum in Repub. ſua dixit: *Fœmina & vir æquè ad omnia apti.* De Nicoſtrata Evandri matre, quæ poſtea à carminibus, quibus reſponſa dabat, Carmenta fuit nominata, Plutarchus in vita Romuli narrat, eam primùm literas monſtraſſe Latinis, & Alphabetum, quod antea ſedecim duntaxat literarum erat, ad hanc qua nunc conſtat, perfectionem deduxiſſe. De ea Virgilius:

Tum Rex Evander, Romanæ conditor arcis,
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.
Me patria pulſum, pelagiq́ extrema ſequentē
Hispoſuere locis, matrisq́ egere tremenda
Carmentis Nymphæ monita, & Deus auctor
Apollo.

Livius *lib. 1. ab Urb. cond.* & Dionys: Halicarnaſſ. *lib. 1.* appellant eam doctam: ut & Ovidius *lib. 1. Faſt.*

Jamq́ ratem doctæ monitu Carmentis ad amnem
Egerat.

Heſiodus *li. 1. Theogon.* hanc ipſam ἀοιδὸν nominavit à canendo. De Corinna Thebana narrat Ælianus *lib. 13. Var. Hiſt.* quòd iis componendis verſibus ſe dederit, qui ad Lyram cantari ſolebant. Vnde Baptiſta Pius:

Non tetigit dulcem trina Corinna lyram.

Atq; eo genere carminum Pindarum Lyricorum principem ſuperaſſe traditur. Hinc Propertius carmina illius laudans, ait:

Et ſua quam antiquæ committit ſcripta Corinnæ.

Et Statius *lib. 5. Syl.*

Sophronaq́ implicitum, tenuitq́ arcana Corinnæ.

De tertia Corinna, quæ Ovidii tempore floruit, ita Martialis: *Norat Naſonem ſola Corinna ſuum.*

Proper-

Propertius docta Erinnæ carminà celebrat hoc verſu.

Carminaq; Erinnæ non putat æqua ſuis.

Et Baptiſta Pius:

Erinnam credit Græcia docta ſuam.

Idem: *Non melior coluiſſe ſacras Erinna ſorores.* Et hujus meminerunt Plinius *lib.34.ca.8.* Stobæus *cap.7.* Euſebius author eſt, eam vixiſſe tempore Alexandri Magni. Tatianus *lib.adverſ.Gentes.* & Leonides eam nominant Juniorem Vatem, ob raram fœminæ ſapientiam. Taceo doctiſſimam Sapphò, in Inſula Lesbo natam, hodiè ab oppido illi cognomine Mitylenæam dictam, quæ nunquam in Poëſi parem habuiſſe fertur: & dulciſſimo carmini Sapphico, cujus inventrix fuit, nomen dedit. De hac Statius *lib.5. Sylvar.*

Steſichoruſq; ferox, ſaltuſq; ingreſſa viriles
Non formidata temeraria Leucade Sappho.

Et Antipater Sidonius:

Dulcia Mnemoſina demirans carmina Sapphus
Quæſivit, decima Pieris unde foret.

Et Baptiſta Pius:

Maſcula quæq; ſuos cantat moritura calores,
Leucadii Sappho crimen honorq; freti.

Taceo etiam Damophilam, & patriâ & amicitia ſingulari Sapphò Poëtriæ conjunctam, quæ & carmina amatoria conſcripſit, &

hymnos in Dianæ Pergææ laudes, qui in ſacris Deæ feſtis ſolenniter canebantur. Cleobulina poëtria hexametris verſibus poëmata quædam compoſuit, quibus Gryphorum, ſive Ænigmatum titulum fecit, quorum unum ad huc de duodecim Menſibus veluti Anni filiis, apud Suidam legitur. Antheam quoq; ferunt ex compoſitis nominibus poëſin excogitaſſe, ſimilem fortaſſis illi generi verſuum, quos Dithyrambos vocant. Atq; hanc ſequutum dicunt Aſopodorum Phliaſium. Roſuita Monacha in Saxonia, tempore Otthonum, circiter annum nongenteſimum viceſimum in laudem illorum Panegyricum metrica oratione ſcripſit, & Elegiaco carmine Virginis Matris laudes eſt proſequuta; atq; alio metri genere vitam S. Dionyſii, & ſex comœdias compoſuit. De Polla primùm Lucani, & poſteà Statii uxore narrat Baptiſta Fulgoſius *libr. 8. Rerum memorab.* eam maritis in poëſi non parvo adjumento fuiſſe. Unde apud Apollinarem de ea ita legitur.

Quid quòd duplicibus jugata tædis
Argentaria Polla dat Poëtas.

Et Statius *lib. 2.* Sylvarum ait:

Tu caſtæ titulum decuſq; Pollæ
Jucunda dabis alloquutione.

Omitto Arthemiſiam, Hortenſiam, Lucretiam

tiam, Valeriam, Cornificiam Romanam, Probam Paſſalam, Roſuitam, & plures alias, quæ per hiſtoricos mundo innotuerunt, & ſubſequuturis ſeculis revelabuntur. Ac niſi hodie literarum cognitione Mulieribus eſſet interdictum, jam in præſentem uſque diem longè excellentiores judicarentur viris, clariſſima quippe doctrina illuſtres. Sed ubi Muſas relinquo: quas primo loco commemorare debueram? quarum tres recenſentur ab Ephoro; quatuor à Mnaſea; ſeptem à Myrtilo; octo à Cratero; & ab Heſiodo novem. Cujus rei mentionem facit Arnobius *lib.3.* adverſus Gentes, & Diodorus Siculus *lib.1.&5. Bibliothec.cap.2.* Prima nominata fuit Clio, ſecunda Euterpe, tertia Thalia, quarta Melpomene, quinta Terpſchore, ſexta Erato, de qua Ovidius primo de Arte. *Muſarum numerus.* *Nomina.*

Nunc Erato: nam tu nomen Amoris habes.

Septima Polyhymnia, octava Urania, nona Calliope: & quidem in omni diſciplinæ genere excelluerunt. Clio in hiſtoria fuit celeberrima. Euterpe in omnibus ſcientiis docta. Thalia in Muſica & comœdiis ſingularis. Melpemone Tragediarum inventrix. Terpſichore furore Poëtico fuit correpta. Erato in rebus amatoriis, & in Geometria excelluit. Polyhymnia in verſibus unica, in

Rhetoricis rara, & Oratrix magna. Vrania Aſtrologiæ peritiſſima. Calliope in Heroico carmine præſtantiſſima. Et ut harum major innoteſceret nobilitas & præſtantia, dicunt poëtæ, Eas ſingulis aſſignatas fuiſſe ſtellis. Clio enim attributa fuit Lunæ; Euterpe Mercurio: Thalia Veneri; Melpemone Soli: Terpſichore Marti: Erato Jovi: Polyhymnia Saturno: Uranie & Calliope Cœlo.

Sibyllæ admodum inſignes.

Sibyllæ porrò an non & ipſæ inter omnes mulieres Ethnicas, quàm maximè celebres fuerunt & inſignes? quæ de Chriſto non minus vera, quàm admiratione & notatu digna prædixerunt, quemadmodum ex iis, quæ Lactantius Firmianus *lib. 1. cap. 6.* Divus Auguſtinus *lib. 18. de civit. Dei cap. 23.* & Hieronymus *lib. 1. contra Jovinianum* tradiderunt, clarè comprehenditur. Harum decem commemorantur:

Quid prædixerit Perſica Sibylla?

Perſica, Lybica, Delphica, Cumana, Erythrea, Samia, Cumæa, Helleſpontiaca, Phrygia, & Tiburtina. Prima vaticinata fuit prædicationem & Baptiſmum præcurſoris Chriſti, iis verſibus.

Tunc quoq; vox veniet vaga per deſerta locorum
Nuncia, Mortales miſeros quæ clamet ad omnes,

Ut

Vt rectos faciant colles, animosq́, repurgent
A vitiis, & aquis luſtrentur corpora mundis.

Secunda de Chriſti miraculis hoc protulit vaticinium. Quid Lybina?

Ille quidem morbis preſſos ſanabit, & omnes
Ægros, quotquot ei fident; coeciq́, videbunt:
Incedent Claudi: ſurdis audire licebit:
Inſolitas mutis dabitur formare loquelas:
Expellet Furias: Oppreſſi morte reſurgent.

Tertia de Paſſione Chriſti hoc modo diſſeruit. Quid Delphica?

Impingent illi colaphos, & ſputa ſceleſtis
Iſrael labiis. nec non & fellis amari
Apponent eſcam, potumq́, immitis aceti.

De quarta hi leguntur verſus: Quid Cumana?

Tunc ad mortales veniet, mortalibus ipſis
In terris ſimilis, Natus patris omnipotentis
Corpore veſtitus. Vocales quatuor autem
Fert, non vocalesq́, duas, binûm geniorum.
Sed quæ ſit numeri totius ſumma, docebo.
Namque octo monades, totidem decadas ſuper iſta,
Atque hecatontadas octo infandis ſignificabit
Nominibus: omen tu verò mente teneto.

Quid Erythrea? De quinta recitat Euſebius in vita Conſtantini, oraculum illus de adventu Chriſti ad judicium: ubi initialibus verſuum literis iſta notantur verba, IESUS CHRISTUS DEI FILIUS, SALVATOR.

Quid Samia? Sexta Chriſti ingreſſum in Hieruſalem ſequentibus prædixit verſibus.

Salve caſta Sion, permultaq́ꝫ paſſa puella.
Ipſe tibi inſcenſo Rex en tuus intrat aſello,
Erga omnes mitis, junge hunc tibi, quo juga demat.
Intoleranda tibi, quæ fers cervice ſubacta.

Quid Cumæa? Stratonicus Epiſcopus Cumanus in ſuis collectaneis, de ſeptima Sybilla ſequentes ponit verſus, qui futuram temporum tranquillitatem, ob Chriſti adventum, declarant.

Cum DEUS excelſo Regem demittet Olympo,
Tunc terra omniparens fruges mortalibus ægris
Reddet inexhauſtas frumenti, vini, oleiq́ꝫ,
Dulcia tunc mellis diffundent pocula cœli,
Et niveo latices erumpent lacte ſuaves.

Quid Helleſpontiaca? Octava illud de Chriſti doctrina poſt ſe reliquit oraculum.

Ille Dei legem complebit, non violabit;
Perſimilem formam referens & cuncta docebit.

Quid Phrygia? Nona Chriſti mortem hoc modo decantavit.

Scinde-

Scindetur templi velum: mediumq́; diei
Nox tenebroſa tribus premet admirabilis horis,
Et tridui ſomno peraget mortalia fata.

Decima Reſurrectionem & aſcenſionem Chriſti ita prædixit. *Quid Tiburtinat*

Sed poſtquam triduo lucem repetiverit, atq;
Monſtrarit ſomnũ mortalibus atq; docẽdo
Cuncta illuſtrarit, cœleſtia tecta ſubibit
Nubibus invectus.

Nec dicant fœminarum Obtrectatores, Sibyllas illas improbo Spiritu fuiſſe agitatas. *Sibylla qua Spiritu agitata.* Reſpondebimus enim cum Auguſtino, qui de illis differens; Sybillæ, inquit, ſive bonæ ſive malæ fuerint, in his, quæ de Chriſto, & aliis ad ſalutem humanam pertinentibus prædixerunt, credendum eſt, quòd à Deo fuerint inſpiratę. Non enim eſt veriſimile, quod Diabolus revelaret ea, quæ pro ſalute eorum præſciebat, eſſe ventura. Idemq́ue præterea *lib. 18. de civit. Dei cap. 24.* addit: Erythream ſive Cumanam, quantum quidem ex Vaticinationibus ipſarum poſſit colligi, Sanctorum numero accenſendas videri. *Opinio Auguſtini de Erythræa Sibylla.* Sunt enim hæc ipſius verba: *Hæc autem Sybilla ſive Erythræa ſive (ut quidam magis credunt) Cumana, ita nihil habet in toto carmine ſuo, cujus exigua iſta particula eſt, quod ad DEORUM falſorum ſive fictorum cultum pertineat: quinimò ita etiam*

contra eos, & cultores eorum loquitur, ut in eorum numero deputanda videatur, qui pertinent ad civitatem Dei.

Eliſabeth. Eliſabetha Zachariæ uxor & utero pariter & voce prophetizavit, & ob id commendata fuit, quòd firmiter crediderit. Eademq; poſteà Mariam virginem laudavit, beatiſſimam *Maria.* eam deprædicans, quòd credidiſſet iis, quæ *Hanna.* à Domino ei fuerant denuntiata. Hanna quoque prophetiſſa poſt revelationem Simeonis confitebatur Dominum, & loquebatur de illo omnibus, qui exſpectabant redemptionem Iſraelis. Sed & Philippus quatuor habebat filias virgines prophetizantes Nec oblivioni demus, etiam antiquis illis temporibus fœminas ſacerdotio admini-*Mulieres ſacerdotio celebres.* ſtrando celeberrimas exſtitiſſe. Sic enim Cybeles ſacerdos fuit Meliſſa: & ab hac reliquæ quoque ſacerdotes dictæ Meliſſæ. Similiter Hypecauſtria Minervæ erat Sacerdos; Mera Veneris; Iphigenia Dianæ:& famoſæ illæ Bachi ſacrificulæ, variis nominibus indigitatæ: verbi cauſa Thyades, Manades, Bachæ, Eleides, Mimallonides, Euchiades, Edonides, Baſſarides & Evantes. Et quis dubitat, nihil *Mulieres conſtantes.* unquam ita virtuoſè à viris fuiſſe tractatum, quin & fœminæ pari cum virtute id exequi potuerint? Taceo conſtantiam Chiloniæ, Stratonicæ, Saræ, Æmyliæ, Liviæ, Rachaelis,

lis, Herodiadis, & aliarum erga maritos fidem: de quibus Baptiſta Fulgoſius *lib.6. cap.7.* diſſerit. Prætereo aliarum infinitarum virginitatem, caſtitatem, & pudicitiam: quæ ne per mortem quidem rumpi, aut mutari potuit. Id quod ipſarum exemplis manifeſtum fit.

Exempla mulierum caſtiſſimarũ.

Britonia enim nobilis illa Cretenſis, cum violentiam à Minoe Rege ſibi intentatam effugere ſe non poſſe videret, ipſamet ſe in flumine, ne de pudicitia ſua periclitaretur, demerſit. Sic Mioca Philodemi filia facilius perpeſſa eſt, ſe in patris gremio verberibus ad internecionem usque à Lucio Tyranno cædi, quàm ut effreni ejus voluntati obſecundaret. Nec ſilentio præteribo Elgendradam Bilicii Ravennatis, viri nobilis filiam. Hæc cum in templo, patrem ab Otthone Imperatore interrogatum, Quænam eſſet puella illa, quæ ſibi valde placeret? reſpondentem audiiſſet, Eam eſſe talẽ, quæ Majeſtatẽ ipſius pro lubitu, & ex patris juſſu exoſculatura eſſet: illa, inquam, cum hæc audiviſſet, adſurrexit & rubore ſuffuſa; Mi pater, ait, ne cui promittas id, quod in poteſtate tua non eſt. Antequam enim quiſquam, eo tamen excepto, qui me ſibi matrimonio juncturus eſt, me tetigerit, ei ego hoc cultro pectus perfodiam. Placuit hoc Imperatori, atque

Virginem Guidoni cuidam deſponſavit, dote illi de ſuo conſtitutâ: ut Baptiſta Fulgoſius memoriæ prodidit.

His adjungendæ ſunt Virgines Lacedæmoniæ, Thebanæ, & Mileſiæ: de quibus S. Hieronymus: *Quis valeat ſilentio præterire ſeptem Mileſias virgines, quæ Gallorum impetu cuncta vaſtante ne quid indecens ab hoſtibus ſuſtinerent, turpitudinem morte fugerunt.* Et Poeta quidam incerti nominis *lib.3.* Anthologiæ, in Virginum iſtarum laudes, quarum tamen tres tantum nominat, Epigramma compoſuit, quod latinè ſic habet;

Ex tralatione D. Vvigandi Spanhemii, viri doctiſſimi.

Occidimus, Milete, ſuavi cara parenti,
Spernentes Galatûm, grande nefas, coitus,
Civica Triga innupta, malis quas Martius hiſce
Celtarum caſtas implicat iſte furor!
Quippe ſcelus prævertimus, inceſtiſq; Hymenæi
Sponſis prætulimus funera honora necis.

Euſebius quoq; Cæſarienſis *lib. 8. Hiſtor. Eccleſiaſt.* duas Antiochenas virgines laudando celebrat, quæ tuẽdi pudoris gratia in flumen ſe egerunt præcipites. Tacebo jam Camillã Voſcã, Iphigeniam Græcam, Caſſandram & Chryſen, ac Romanam Lucretiam. Et quid cle-

clementiam Sabbæ ac Buſæ commemorem? quid devotionem & pietatem Antigonæ, & Claudæ virginis Veſtalis erga patrem & matrem? filiæ illius Pharaonis erga Moſem, dum infantulum illum fiſcellæ incluſum, atque aquæ innatantem depræhendit. Quid de Rebecca? quæ pio affectu ducta ſitienti Abrahami ſervo & camelis ejus aquam hauſit? quid de mulierculæ illius Cananeæ affectu erga filiam à ſpiritibus obſeſſam? Deficerer profectò præeminentiis illis recenſendis, quibus fœminæ claræ redduntur & illuſtres. Ac ſi omnium virtutum exempla ex Græcorum, Latinorum & Barbarorum hiſtoriis recenſere vellem, grave & moleſtum fortaſſe iis hoc eſſet futurum, qui ſexum iſtum acerbè fuerunt perſequuti, & verbis tam protervis atque ignominioſis, pari odio atque amentia iniquè & ſtultè vituperârunt. Id quod neque Plutarchus, neq; Valerius, nec Bocatius, & nec Dominicus, nec tot alii recentiores unquam factitârunt. Quinimò hi non minus doctè, quàm verè fœmininum ſexum ad cœlum usq; extulerunt, & calumniis illis, quibus ineptum vulgus ſolet eum impetere, quaſi frenum quoddam impoſuerunt. Satis igitur fuerit hactenus oſtendiſſe, non dedignari debere virum cum fœmina, nobiliſſima me hercule crea-

Mulierum clementia.

Viro matrimonium appetendum.

tura ſeſe conjungere vinculo, adſtringēdum ſancto atque indiſſolubili, cathena ſuavi dulciter ſtringente, & clavo felicia illa corde referante; atque ita vitam ducere ſuavem & gratam. Hinc apud Homerum *Odyſſ.6*, legimus.

Nihil enim hoc potius & melius,
Quàm cum concordes animis domum habitant.
Vir & uxor, multi dolores inimicis,
Gaudia autem amicis.

Idipſum ab Hierone ſignificatum fuit apud Stobæum *Sermon. 65.* & à Phocylide Mileſio confirmatum his verſibus.

Ama tuam uxorem, quid enim melius aut jucundius,
Quàm cum viro mulier ſapit chara ſenectam uſque,
Et maritus ſuæ uxori, neq; cadat in medio diſcordia?

In quem ſenſum Nutrix illa apud Euripidem in Medea dicit:

Quàm maxima exiſtit ſalus,
Cum uxor cum viro non diſſidet.

Cui ſimile & illud eſt, quod Apollonides ait apud Stobæum *cap.6.*

Papæ ô mulieres! certe inter homines
Non aurum, non regnum, non divitiarum luxus

Vo-

Voluptates tam eximias probet,
Quam boni mariti, & uxoris pia
Voluptas juxtà & legitimè affecta.

Unde D. Johannes Chryſoſtomus ſicuti de omnibus rebus aliis optimè diſſeruit, ita etjam de hoc non tacuit *Homil. 33. ſupra Geneſin*, his verbis: Quando concordia, & pax, & vinculum dilectionis cum muliere & viro fuerit, omnia ſimul affluunt bona, & nullis inſidiis expoſiti ſunt; magno & inexpugnabili quodam muro circumdati ſua juxta Dei ſententiam concordia: hoc fortiores eos reddet, hoc omnibus divitiis & abundantia magis locupletabit; hoc ſupernam gloriam iis conferet; hoc & Dei benevolentiam iis ubertim conciliabit. Proinde oro, ne quid illi præferendum exiſtimemus: ſed omnia faciamus & agamus ita, ut tranquillitas & pax ſit cohabitantibus. Tunc autem & filii, qui naſcuntur, virtutē ſequentur: quos imitabuntur & ſervi, & undiquaq; domus virtute florebit, eritq; multiplex rerum proſperitas, &c. Ex quo perſpicitur, debere nos circa matrimonium occupatos eſſe, & in amore ac ſancta pace conformes fieri; non verò in litibus & rixa vivere; ad evitanda nempe peccata, quibus aliàs homines nimium dediti ſunt & aſſueti. *Propter fornicationem vitandam habeat unusquisque uxorem ſuam, &*

unaquaq; mulier habeat virum ſuum, inquit D. Paulus. Debet igitur vir matrimonium inire: nec putet, ſe id, quo maximè opus habiturus ſit, melius intelligere eo, qui ipſum formavit, & qui omnem ipſius vitam, antequam utero materno egrederetur, habuit cognitam qui in ſancti illius vinculi matrimonialis honorem proprio ore ſic proloquutus eſt. *Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ.* Etſi enim nihil quidquam tam ſanctum ac pium eſt, quod nō iis debeamus, qui nos procrearunt: ſicuti inter alios & Cicero dixit. Nihilo tamen minus conjugalis illa fides paternæ & maternæ pietati fuit prælata, quippe ad extremum uſque vitæ noſtræ ſpiritum duratura. Unde præter alios Lacedæmoniorum mores ſanè quam utiles, & hoc ſobſervabatur, quòd ſtato & feſto quodam die Mulieres viros nuptiarum exortes in templum trahebant, iisq; ante aram colaphos impingebāt: ut ignominiæ huius, quam denuo poſſent incurrere, metu matrimonio ſe darent. Leges Romanæ, quæ omnibus Nationibus exemplar virtutum præbent, rigorosè puniebant eos, qui matrimonium detrectabant, publicas eis denegando dignitates, & quibus jam fungebantur, eos privando. Ac ut eò magis ad id capeſſendum eos inducerent, varia & diverſa privilegia concedebant

Leges Romanæ, in Maritatorum favorem latæ.

bant iis, qui filios procreaſſent: quorum quò quis plures habebat, eò majus quoq; emolumentum percipiebat, & aliis in honoribus publicis conferendis præferebatur. Hinc legitur de Cæſare Auguſto, cum Cenſorem ageret, ipſum cenſoriam ſuam auctoritatem contra equitem Romanum uſurpaſſe, qui contra legem matrimonium recuſarat. Atq; haud dubiè condemnationem hic fuiſſet expertus, niſi triũ ſe liberorũ patrem eſſe probaſſet. Eundem Auguſtum narrant, jam imperio potitum, & caſtigare cupientem deteſtabilem ſubditorum ſuorum impudicitiam, atq; ſatagentem eos ad conjugium incitare; poenas de legatis & ſucceſſionibus caducis propoſitas iis, qui poſt vigeſimũ quintum demum annum nuptias contraxiſſent, & liberos non procreaſſent, emendando ſuſtuliſſe. Atq; hoc modo & libidinem, adulterii atq; Sodomiæ vitium acriter caſtigavit, & pariter Romam bonis implevit civibus, bellis illis civilibus propè exhauſtam atq; deſertam. Qui tres ſuſceperat liberos, inquit Ariſtoteles *Politic cap. 7.* apud Romanos cogi non poterat, ut publica legatione fungeretur: qui quinque, à publico munere exemtus erat: qui tredecim, ab omnibus oneribus immunis. Noſtris quoq; temporibus in Republ. Florentina (ſicuti Volater-

Privilegia proletariorum.

Digitized by Google

ranus *in ſua Philologia* recenſet) quilibet Civis duodecim liberorum, ſive maſculorum, ſive fœmellarum pater, ab omni tributo & ſubſidio publico liber eſt & exemptus. Ac ſi in hoc mundo neque felicius quidquam, neque felicitas exoptatior eſt Immortalitate: certum itidem erit, ſanguinis propagationem per ſpeciei continuationem immortales nos reddere: ut rectè hinc concludatur, Non poſſe viro ac fœminæ majorem in hoc mundo obvenire felicitatem, quàm progeniem, qua teſtatum ad poſteros faciant, ſe quoq; aliquando in mundo fuiſſe, atq; hanc vitæ ſuæ notam ſive indicium poſt ſe reliquiſſe. Et quomodo pro bono cive, atq; Reipublicæ ſuæ amante haberi poterit, qui inter cives jucundè agens, novos ſubindè generare negligit, in illo honeſti & legitimi matrimonii ſtatu eorum ſupplendo locum, qui cotidiè deficiunt? Quod ſi hoc amplius etiam de felicitate & voluptate, quæ mutuò percipitur, diſſerere voluerimus: quis dubitat, nullum unquam fore diem, quin vir & uxor in ſancta ſimul viventes pace, & vocationis ſuæ munere fungentes, verè eam ſint experturi? Nam quid ſuavius homini in hoc mundo poteſt obtingere, quàm ſi cum ea vivat, cui non ſolum benevolentiâ, verum etiam reciproca communicatione corpo-

Magna voluptas uxorati.

corporum eſt adſociatus? Et quis enarraverit gaudium, voluptatem, & læticiam illam, quam Maritus inde ſentit, dum animi ſui cogitationes & curas ei detegit, cum qua non minus ſecurè ac ſecum ipſo colloquitur, & quàm fortunarum ſuarum, tam adverſarum, quàm proſperarũ novit participem: quippe quæ Mariti malũ, ſuum eſſe credit? Cum amicis quidem animi benevolentiâ conjungimur: at cum uxore copulari nos conſtat ſupremâ charitate, commixtione corporali, confœderatione ſecreta, & conſortio ac ſocietate in quavis fortuna inſeparabili. In juventute nobis eſt dulcis & amabilis ſocia: in ſenectute maximum ſolatium. Cogitet homo, ſe infirmitatem, & aliud incurrere poſſe infortunium, & ab omnibus iri deſtitutum, exceptâ amabili & benevola ſua conſorte, quæ in omnibus adverſitatibus ſemper ei dulcis adhærebit ſocia, & de ſingulari hac commoditate ſibi gratulabitur, quòd habeat cum quo de eo, quod ſibi moleſtum, quod item gratum, & jucundum eſt, familiariter poſſit ſermonem conferre. Atq; hac via ſummum terrenarum voluptatum fructũ ab ea expectat, q in hoc conſiſtit, ut liberos poſt ſe relinquat, vitæ, nominis, virtutũ, & fortunarũ hæredes. Quod ſuavius gaudiũ; q̃ ſi Uxor domũ redeuntem videns amatũ &

dilectum ſponſum, ſudantem, & privatis aut publicis negotiis defatigatum & laſſum, læta ei occurrat cum baſiolo; & omnibus ilicò curis eum exoneratura, brachiis illis amatis cingat; & ne quid ad gaudii ſummitatem deſit, ſuavem ei exhibeat riſum, quo frons ipſius ſerenetur; & gratum illum capitis præbeat nutum, qui ſpei & fiduciæ ignem in ipſo renovet. Ingreſſus ille jam ædes, gaudet, quòd eas politas & ornatas cernat. Aquam manibus ſumturus, non patitur ſibi ſoli hãc porrigi, ſed una eâdemq; aqua quatuor ſimul manus lavari vult. Aſſidens menſæ inſtructæ, & animum paſcit uxoris præſentiâ; & delicatis cibis ab ipſa jam præparatis vegeta nutrit membra. Quod ſi vinum popoſcerit, non prius eo deglutitum irrigat cibum, quàm ipſa purpureis ſuis labellis poculum libaverit. Ita fit, ut uno eodemq; momento & ſubſtantiæ liquorem, & ſuavitatis odorem hauriat. Si de rebus ille ſuis diſſerit: en fidam hanc Secretariam, quæ & auſcultat & dulcibus ſimul verbis ſtimulat. Aperit ille amoris ſui ignem, quo erga eam flagrat: tum ipſa blanditiis amoris nectare tinctis, & oſculis dulcibus ſermonem interrumpit, flammam flammæ addens. Tarda tandem ſuccedente nocte, quies appetitur; & ecce ſolicitudo ſeſe offert longè gratiſſima: ubi ſolos iſtos amo-

res Licentia & Honeſtas veros eſſe amores faciunt. Quæ fœmina quantumvis iracunda & aſpera, in matrimonio mitis non redditur & amabilis? Mihi certè videtur Matrimonium eſſe Lucus ille, quem propè, veteres Veneti Junoni Argivæ & Dianæ Ætolicæ ſacrificia offerebant: in quo omnia animalia erant manſueta; & hominum manibus palpabantur; & ſecuri ſimul lupus atque ovis ambulabant. Quod ſi lepus à perſequente cane impetitus, in nemus iſtud ſe contuliſſet, non fugiebat ulterius, ſed veluti ſecuritatem adeptus, canem exſpectabat; & canis à perſequutione remittebat, & amicabiliter ei adſociabatur. Quis igitur ita protervus erit & obſtinatus, ut Matrimonium vituperet? cum ipſimet etiam DEO id placuerit; dum non bonum eſſe, Adamo dixit, hominem ſolum exiſtere & ſolitarium in mundo. Ei enim vix jam creato ſtatuit mulierem adducere, tanquam Sociam fidelem, vitæ recreatricem, & conveniens ipſi adjutorium. Et quod ita ſtatuit, ſubitò quoq; fuit exſequutus: cum apud ipſum idem ſit *velle*, quod & *poſſe & Facere*. Inſtituit igitur divinum iſtud myſterium propter univerſalem productionem generis humani, & legitimam naturæ propagationem, vel à tempore uſq; Innocentiæ, & antequam homo peccaſſet,

Lucus Venetus, in quo omnes beſtiæ erant manſueta.

Matrimonii finis.

ſua illud benedictione tunc quoq; ſanctificans, Cui matrimonii neceſſitati homo propter maledictionem peccati, dum carnis concupiſcentiæ in anima ſua locum dedit, multo etiam magis eſt ſuppoſitus. Quo ipſo clarè demonſtratur, dupliciter nos eo remedio indigere: tum propter finem & conditionem primæ noſtræ naturæ: tum propter vitium illi adjunctum: eo tamen excepto, cui DEUS peculiariter Continentiæ gratiam & domum conceſſit, rem me herculè tam raram, quàm ulla alia quovis tempore eſſe potuerit. Ac ſi cui iſta ad perſuadendam hanc unionem ſive conjunctionem nõ ſatis ſunt; moveat eum non ſaltem Majorum noſtrorum exemplum: quibus utique debemus, quòd per conjugalem ipſorum unionem in mundo verſamur: Ideoq; par, ut eodem modo & ipſi alios poſt nos relinquamus ad continuandum Prædeceſſorum noſtrorum generationem in nos propagatam.

Cur matrimonium ſit neceſſarium.

Donum continentiæ rarum.

Exempla veterum imitanda.

Fas eſt & ab hoſte doceri,

ſcripſit Ovidius. Et Cato dixit: *Multorum exemplo quæ facta, ſequaris.* Hinc legimus, multos viros ſanctos matrimonio fuiſſe junctos: ut D. Hieronymus *contra Iovinianum* refert, & Auguſtinus *in tractatu de connubio ſanctorum,* & Bernhardus Buſtus *Sermonum parte. 2, Serm, 25.* Et nunc videmus, illud per omnes

ætatum

ætatum pteritarũ gradus & pſentem hãc noſtram fuiſſe continuatum,&receptũ,atq; approbatũ ab omnib. Nationib. tam Hebræis q̃ græcis,Latinis,Barbaris: cũ ſub ſpheræ rotunditate,q̃ procul etiam illa ſit diſſita,nulla reperiatur Gens, in qua quidem aliquid civilitatis eſt, q̃ matrinonio invicem non conjungatur:quamq̃ diſſimiliter nonnihil. Indi .n. ut Strabo memorat *lib. 15*, ſolebant plures in conſortiũ adſciſcere Mulieres: q̃ mortui mariti funus ſimul præcedentes,Judices adibant, coram quibus ſingulæ amoris & fidei ſuæ ultimum experimentum dabant, quantum poterant: ut inde cognoſceretur,q̃ nam harum Maritum ſuum præ reliquis magis amaſſet, & ardẽtiore amore fuiſſet pſequuta. tum illa, p qua Judices poſt longas cõcertationes demum pnunciarant, tripudiãs & læta in ardentem ſe cũ Marito coniicicbat rogũ, & voraci flamæ depaſcendam præbebat, mœſtas poſt ſe relinquens ſocias & triſtes. Et de hoc more præter Strabonẽ, etiam atteſtatur Bardeſanus Syrus *in lib. de Fato*, Cicero *libr. 5. Thuſculan. ca.65*. Valerius Maximus, Plutarchus, Solinus,& Ælianus *lib. 7. de Varia Hiſtoria*, D. Hieronymus *lib. 1. contra Iovinianum*, & Propertius ſequentibus verſiculis.

Matrimoniũ ab omnibus Nationibus receptum.

Indorum mos circa matrimonium.

Fœlix Eois lex funeris una maritis,
Quos Aurora ſuis rubra colorat equis.

Namq; ubi mortifero jacta eſt fax ultima lecto,
Uxorum fuſis ſtat pia turba comis;
Et certamen haben lethi, quæ viua ſequatur
Conjugium. pudor eſt, non licuiſſe mori.
Ardent victrices, & flammæ pectora præbent,
Imponuntq; ſuis ora peruſta viris.

Pomponius Mela *lib. 2.* ſcribit, eundem morem & apud Thraces in uſu fuiſſe, & Herodotus apud Catheos *lib. 5.* quanquam Polygamia, ſeu conſuetudo iſta plures Uxores ducendi, non à commemoratis tantum jam populis, fuit uſurpata; ſed & permulti alii, quibus hoc quaſi pro Lege fuit, idipſum factitarunt; ut Iudæi, Ægyptii, Æthiopes, Naſamonii, Parthi, Garamantæ, Cyrenaici, Perſæ, Syri, Geloni, Numidæ, Mauri, Germani, & alii. licet plenum hoc ſit extremo vituperio & pudore, & incredibilis incontinentiæ ſignum manifeſtarium. De Judæis teſtimonium nobis præbet authenticum Abraham, Iacob, David, Salomon, alii, quorum mentio fit in decretis Canonicis, *can. Recurrat. §. his ita reſpondetur 30. q. 4. Tit. de Divortiis.* De Ægyptiis, Diodorus *lib. 1. & 2. cap. 3.* De Naſamoniis Herodotus *lib. 4.* De Æthiopibus, Plinius *lib. 5. cap. 8.* De Garamantis

mantis Strabo *lib. 17.* De Parthis Bardeſanus *de Fato,* Euſebius Cæſarienſis *lib. 6. de præparatione Euangelica cap. 8.* & Juſtinus Hiſtoricus *lib. 14.* de eis quoq; loquens ait; Uxores dulcedine variæ libidinis, ſinguli plures habent. De Cyrenaicis, Pomponius Mela *lib. 1.* De Perſis, Ammianus Marcellinus *lib. 23.* & Herodotus *lib. 1.* ita de his loquitur: *Ducunt autem unuſquiſq; ipſorum multas quidem puellas virgines; multo autem plures pellices habent.* De Gelonis, Valerius Flaccus *lib. de Argonaut.* eo verſu:

Heu mihi, vel ſævo conjunx non una Gelono.

De Numidis, Saluſtius, de Muruſiis Procopius *lib. 4. de bello Vandalico.* De Germanis hoc clarum & expeditum eſt ex eo, quod Cæſar ſcribit *lib. 1. commentar. de bello Gallico*: ubi etiam de Arioviſto Germano legimus, quòd duæ fuerint illius uxores, una Sueva natione, altera Norica, Regis Vocionis ſoror. De Athenienſibus referunt Satyrus, Hieronymus Rhodius, Laërtius & Athenæus, quòd jus apud ipſos fuerit, duas ſimul uxores habere. Quem morem poſteà & Socrates fuit ſequutus, qui uno eodemque tempore uxores habuit Xantippen & Myrtò Ariſtidis filiam. Idque & Siculi permittebant, & Dionyſius fecit, duabus ſeſe conjungens mulieribus, Doridi & Ariſtomachæ, ut

Athenienſibus licita Bigamia.

Socrates Bigamus.

Dionyſius.

Cicero prodidit *lib. 5. Tuſculanar* & Plutarchus *in vita Dion.* Sed & apud Macedones hoc erat licitum. Unde Philippum legimus ſimul & Olympiadem Alexandri matrem, & cleopatram habuiſſe, Quandoq; & Romani idem permiſeruut. Medi (quemadmodum Strabo *lib. 11. in deſcript. Aſia* recitat) conceſſerunt viro quinq; habere uxores: & de Regibus ipſorum legitur, quod ad minimum habuerit ſeptem. Sic & apud Britannos Polygamia vigebat. Atque mos ille etiam in Græcia obtinuit: donec Cecrops Athenienſium Rex primus unicum Marem unicæ fœminæ matrimonio junxit: cum antea nuptiæ confuſæ in civitatem illam eſſent introductæ. qua de re Tzezes hiſtoricus *lib. 5. Chiliad. cap. 17.* ita diſſerit, rationem exponens, cur Cecrops duplicis naturæ fuerit dictus:

Philippus Macedo.

Medi Polygami.

Græcorum prius mulieres per Græciam
Non quemadmodum nnnc conjungebantur legitimis viris,
Sed inſtar jumentorum miſcebantur omnibus volentibus.
Erant igitur unius naturæ tunc filii,
Solas agnoſcentes matres, non patres.
Ut autem à Sai urbe Ægyptiorum
(Sais autem eſt Pallas Ægyptiorum lingua)

Poſt

Poſt illud, quod in Ogyris tempora incidit, diluvium,
Cecrops acceſſit ad Athenas Graciæ;
Has Athenas cum vocaſſet ex Sai Ægypti,
Cum multis aliis in rebus commodavit Græciæ,
Tum lege conſtituit mulieribus nuptias legitimas,
Ex quibus filii cognoverunt duos parentes,
Ante ſolam, ut dixi, cognoſcentes matrem:
Unde Cecrops duplicis naturæ dictus, qui hæc legibus oſtenderit.

Confirmatur id quod de Polygamia diximus *in l. cum ſit & leg. nemo. C. de Iudæis. & l. eum qui duas C. ad l. Jul. de adult.* Sed & legibus antiquis Romanorum mos ille erat correctus, ut ex Dionyſio Halycarnaſſeo colligitur: qui Appium Claudium narrat amore Virginiæ captum, cum non poſſet eam uxorem ducere, quoniam aliam jam haberet, tentaſſe eam donis & muneribus corrumpere. Quam in rem quoque multa exſtant in Decretis Canonicis *Cauſa 26.* & apud Theologos *lib. 4. Sentent. diſt. 33.* Jdcirco & Euripides, antiquiſimus Poëta damnat, quòd vir unus duas eodem tempore uxores habere poſſit: cum in Androm: ita ſcripſit:

Appius Claudius tentat Virgineam corrumpere.

Bigamum damnat Euripides.

Neq; enim honeſtum,
Duarum uxorum virum gubernacula habere,
Sed ad unam reſpicientes legitimam Venerem,
Contenti ſunt, quicunq; non malè habitare volunt.

Et in eadem fabula:

Nunquam duplicia connubia
Collaudavero mortalium,
Neq; binas matres habentes liberos.
Rixas quidem domorum,
Triſteſq; offenſas.

Et eo ipſo in loco dicit:

Malum certè narras, unum virum binos habere lectos.

Sibi contrarius. Sed alibi alterius fuit ſententiæ: ſicuti videre eſt ex ſequentibus verſiculis, qui leguntur apud Stobæum *Serm. 66.*

Leges nuptiales non benè conditæ ſunt.
Oportet enim hominem felicem plurimas habere
Uxores, ſi modo victus domi ſuperet,
Ut malam expellat foras,
Bonam verò libenter ſibi ſervet,
Nunc autem ad unam ſolùm reſpiciunt, vehementer
Periclitantes.

Habebat enim ille duas uno tempore, ut monet

net Moſcopius, aut quicunq; ille fuit, in ipſius vita, & A. Gellius *lib. 15. cap. 20.* Pauſanias de Anaxandride refert, quod & ipſe duas uxores habuerit. Et Laconii Populi ut Clemens Alexandrinus teſtatur *libro ſecundo Stromat.* graviſſimam pœnam non tantum iis irrogabant, qui nuptias planè non contrahebant, verum etiam illis, qui uni duntaxat fœminæ jungebantur. Idemque mos etiam à Lacedæmoniis fuit obſervatus; imò hoc amplius quoq; eis permiſſum, ut ſi quiſpiam ſenio confectus puellam duxiſſet, & ob virium imbecillitatem conſortio conjugali minus aptus eſſet, licitum fuerit Mulieri juvenem robuſtum eligere, qui imprægnandæ ipſius curam ſuſciperet: ita tamen ut editus partus Mariti cenſeretur. Sic recitant Xenophon, Plutarchus *in Vita Lycurgi*, & Theodoretus *lib. 9. de curatione Gentilium affectuum.* Idq; & Solon permiſit in ſuis legibus. Strabo *lib. 11. Geograph.* de Tapyris narrat, eis in more poſitum eſſe, ut proprias uxores aliis viris nuptui concedant, cum duos aut tres filios ex eis ſuſceperint. Sic Cato Martiam conceſſit Hortenſio, prout antiqua Romanorum conſuetudine tenebatur. quæ omnia referunt Appianus Alexandrinus *libr. 2. bellor. civil.* Plutarchus *in vita Catonis* D. Hieronymus

Laconiorum mos.

Lacedæmoniorum mos.

Tapyri concedebant uxores aliis viris.

lib.2. contra Jovian. & D. Auguſtinus *in lib. de Fide & operibus. & lib de Bono conjugii cap. 18. & lib. 5. contra Julianum Pelagianum.* Atq; de Populis Arabiæ felicis ſcribit Strabo, *lib. 16. Geograph.* quòd ſoliti fuerint uni fœminæ multas elocare maritos: Sic ut omnibus viris, qui ex eadem gente erant, unica eſſet uxor: ac ad evitanda inconvenientia quilibet eorum geſtabat baculum. Qui igitur coiturus cum ea erat, ingrediens baculum ante oſtium ponebat, in ſignum ſcilicet & indicium, locum jam eſſe occupatum, ideóque aliis tum intrandi jus non eſſe. Et quid de Charonda Thuriorum Legiſlatore dicemus, qui legibus ſuis cavit, ut unica mulier pro lubitu & placito pluribus poſſet nubere? Quid de Perſis & Aſſyriis? qui non illicitum, neq; in conveniens putabant, ſi quis uxorem duceret matrem, filias, ſorores & neptes: uti referunt Strabo *lib. 15. Geograph. cap. 9.* Lucianus *in lib. de Sacrificiis.* Tertullianus *in Apologetico cap. 9.* Euſebius Cæſarienſis *lib. 3. & 6. de Præparatione Evangelica. cap. 8.* Arnobius *lib. 8. contra Gentes.* Chryſoſtomus *in ſecunda parte Homiliæ in S. Matthæum,* & alii infiniti, qui ſcriptis ſuis infames ejuſmodi mores iſtarum beſtiarum notarunt, ut ineptiæ earum mundo innoteſcerent. Martialis Epigrammate quodam perſtringit Ammia-

Arabum familia toti una tantum uxor.

Thuriorum mores.

Perſarum & Aſſyriorum mores.

Ammiani facinus cum matre conſueſcentis, &ad tegendam ſceleris invidiam, ſororem eam nominantis:

O quàm blandus es, Ammiane, matri!
Quàm blanda eſt tibi mater, Ammiane!
Fratrem te vocat, & Soror vocatur.
Cur vos nomina nequiora tangunt?
Quare non juvat hoc, quod eſtis, eſſe?

&quæ ſequuntur. Apud Tibullum quoq; leguntur aliqui verſus, quibus demonſtratur, Eum uxoris loco ſororem deſideraſte. q verſus, quos jam ſubſcribemus, Grañaticos mirabiliter torſit, in vero eorum ſenſu eruẽdo:

Hæc tibi Vir quondam, nunc frater, chara Neæra
Mittit, & accipias, munera parva rogat.
Teq; ſuis jurat charam magis eſſe medullis,
Sive ſibi conjunx, ſive futura ſoror:
Sed potius conjunx, hujus ſpem nominis illi
Auferet extincto pallida Ditis aqua.

Juſtinus hiſtoricus *libr. 11.* de Dario narrat, quod propriam ſororem duxerit uxorem. Iſis apud Ægyptios nupſit fratri ſuo Oſiri; unde Harpocrates fuit editus, ut ſcribit Plutarchus *in lib. de Iſide.* & reliqui omnes, qui Ægyptiorum res literis mandarunt. Ptolomæus Philadelphus Arſinoen ſororem ſibi deſponſauit. & Jupiter ſororem ſuam Junonem accepit in uxorem. Unde Homerus,

Darius. *Iſis.* Ptolomæus. *Iupiter.*

Iupiter. *Iunonem autem alloquutus eſt ſororem uxoremq́;.*

Et Virgilius *1. Æneid.*

Aſt ego quæ Divûm incedo Regina, Iovisq́;
Et ſoror & conjunx.

Et *libr. 10. Iunonem intereà compellat Iuppiter ultrò:*

O Germana mihi, atq; eadem gratiſſima conjunx.

Et Ovidius in Epiſtola Paridis ad Hele-nam:

Præpoſui regnis ego te, quæ maxima quondam
Policita eſt nobis Nupta ſororq́; Iovis.

Et in illa Phœdræ ad Hippolytum:

Si mihi concedat Iuno fratremq́; virumq́;,
Hippolytum videor præpoſitura Iovi.

Et Horatius. 3. Carmin. Ode. 3.

Ducente victrices catervas
Conjuge me Iovis & ſorore.

Saturnus quoq; Rheam ſororem ſuam duxit uxorem, ab aliis nominatam Opem. qua de re Ovidius *lib. 9.* Metamorph.

—— Dii nempe ſuas habuere ſorores:
Sic Saturnus Opem junctam ſibi ſanguine duxit.

Idem & Æoli filii factitarunt, juxta Homerum *Odyſſ. 10.* & eundem Ovidium *Metamorph. 9.* ubi ait:

At

At non Æolidæ thalamos timuere ſororum.

Sic Janus cum Cameſe ſe conjunxit; Alexander Pyrrhi filius cum Olympiade; Mitridates cum Laodicea; Mauſolus & Iſdricus fratres cum Artemiſia & Ada Sororibus; Dionyſius ſecundus cum Sophoſina; Monabazus cum Helena; Ptolomæus cum Cleopatra, de quo Lucianus:

Degener inceſtæ ſceptris ceſſare ſororis.

& alibi:

Miſcuit inceſtum ducibus Ptolomaida noſtris.

& rurſum:

——nupſit ſoror impia Fratri.

Sic apud Athenienſes, ut Arnobius *lib. 8. contra Gentes* memoriæ prodidit, fratres cum Sororibus nuptias poterant contrahere. Æmilius Probus eo libro, quem de Imperatorum excellentia ſcripſit, Cimonem ait Elphenicen ſororem ſuam duxiſſe uxorem. Sed Plutarchus *in vita Cimonis* refert, quod clandeſtinè ſe cum illa conjunxerit: ideò fortaſsè, quia Athenienſium Legibus nuptiæ ejusmodi exiſtimabantur inceſtuoſæ. Quocirca Athenæus *lib. 3. Dipnoſophiſt. cap. 21.* totidem verbis ſcribit: *Cimone illegitimè ſorori Elphenicæ adhærente.* Et Suidas: Ferunt Cimonem ſuffragiis Athenienſium ejectum fuiſſe, quod cum Sorore

Æmilius probus.

Cimo.

Elphenice conſueviſſet. Tzezes quoq; *in Chiliad.* Cimonis & Elphenices nuptias inceſtuoſas vocat & inhoneſtas. Sed, ut ex Ariſtophane colligitur, tum demum apud Athenienſes, prohibitæ erant fratris & ſororis nuptiæ, ſi eâdem editi fuiſſent matre; licitæ verò, ſi uno quidem patre, matribus autem diverſis procreati. Scripta fuit ab Euripide Tragædia, Æolus indigitata: in qua Macariũ Æoli filium introducit Canacen ſororem corrumpentem: & quoniam apud Athenienſes licitum erat matrimonium cum ſororibus eodem patre natis; ad augendam delicti gravitatem addit, EADEM MATRE NATAM. Veteribus itaq; pro ſcelere fuit habitum, ſororibus commiſceri. Unde Ovidius *libr. 10. Metamorph.* de variis Nuptiarum generib. apud gentes illas mille erroribus obrutas & tantum non ſepultas diſſerens, ait:

Apud Athenienſes licita erant fratris ſororisq; nuptiæ diverſis matrib. procreatorum.

———gentes tamen eſſe feruntur,
In quibus & Nato genitrix, & Nata parenti
Jungitur, ut pietas geminato creſcat amore.

Ac quoniam hujus generis nuptiæ actus ſunt nefandiſſimi, & culmen incredibilis iniquitatis, ideo in deteſtationem earum ita canit:

Accipit obſcœno genitor ſua viſcera lecto,
Virgineosq; metus levat, hortaturq; timentem.

Ple-

Plena patris thalamis excedit, & impia diro
Semina fert utero, conceptaq; crimina portat.

Alii ejus generis vituperio digni mores, & nefandæ conſuetudines apud alias atque alias nationes in uſu fuere, qua in re vel ipſis etiam beſtiis peiores habendæ: cum inter bruta quoque animalia conſtet, quædam ejusmodi conjunctiones abhorrere: ſicuti de Camelo Ariſtoteles refert *lib. 9. Hiſt. animal. cap. 47.* qui quamvis animal ſit ratione deſtitutum, nunquam tamen induci poteſt, propriam ut iniret matrem. Nam cum aliquando gubernator ipſius, ut matrem inſcenderet, caput ei operuiſſet, ne agnoſci poſſet: tũ Elephas (alioquin etiam, ne quid tale forſitan committat, natura ſuſpicionis plenus,) detegi eam voluit. Cognita matre, in custodem irruit & morſibus eum, furoris rabie concitatus, miſerè confecit. Avicenna *libr. 9. hiſtor. animal.* narrat, Regem quendam Scytharum pulcherrimam habuiſſe equam: qua generabantur pulli, quibus nec pulchriores, nec meliores reperiebantur ulli. Is igitur voluit, ut unus illorum, qui & cæteris videbatur excellentior, matrẽ inſiliret, atq; ita, quãtum fieri poſſet, Generis illius ſumma ſuſtentarẽt excellentia. Equus qui operto erat capite, & in actu illo matrẽ non cognoſcebat, eã iniit.

Camelus matrem non init.

Sed eâ poſtea cognitâ, curſu tam veloci in fugam ſe dedit, ut præcipitatus interierit. Adeò illi diſplicuit, rem cum matre habuiſſe! Id quod pudorem incutere debebat Nebulonibus illis, qui effreni ſenſu ſtimulati, ferri ſe patiuntur in nefandiſſimas libidines, cum matribus, Filiabus, & Sororibus Barbarorum verè more, exercendas. Quamobrem Euripides in Andromache ſcripſit.

Ejusmodi cuncta Barbarorum gens eſt,
Ut & pater corpus cum filia, & filius cum Matre,
Et frater cum ſorore miſcere conſueverit.

Improbatio nuptiarum confuſarum. Et Socrates apud Xenophontem *lib.3. Rerum Memorabilium*, à Diis legem hanc ordinatam fuiſſe affirmat; *Neq; parentes filiis miſceri oportere, neq; filios parentibus.* Extat hujus rei exemplum *in Geneſi.* de Lotho: & *in c. inebriaverunt 15. q. 2.* ubi perſpicuè apparet, quàm nefandæ fuerint tales conjunctiones. Sicuti etjam ex Lege Moſaica apparet, *Levit. 18. Num. 29. & Exod. 6.* Plato quoque *de Repub. lib. 5.* hoc non diſſimulavit, cum dixit, Licitum eſſe omnibus matrimonio coire, præterquam fratri cum ſorore, filio cum matre, & ſimiliter. Sed quid de illis dicemus, qui fratrum ſuorum uxores ducunt; quemadmodum de *Deiphobus duxit fratriam.* Deiphobo Priami fillo, qui conjugio ſibi adſociavit Helenam, fratris ſui Paridis uxorem. Unde

Unde Virgilius *6. Æneid.* inter alia & umbram Deiphobi ita introducit loquentem.

Sed me fata mea,& ſcelus exitiale Lacænæ
His merſere malis:illa hæc monumenta reliquit.
Namq; ut ſupremam falſa inter gaudia noctem
Egerimus, noſti.

Et paulò poſt:

Tum me confectum curis, ſomnoq; gravatum
Infelix habuit thalamus,preſſitq; jacentem,
Dulcis & alta quies, placidaq; ſimillima morti.
Egregia intereà conjux arma omnia tectis
Emovet.

Sic & Demetrius fratris ſui uxorem duxit, ut refert Juſtinus hiſtoricus *lib.36.* Atque apud Romanos idem fecit & Craſſus. Verum Hæbreis nuptiæ iſtiuſmodi erant interdictæ. Ideò in Levitico legitur: *Uxorem fratris ſui nullus accipiat.* Neque hoc contentus Moſes, addit: *Turpitudinem fratris tui non revelabis: quia turpitudo fratris tui eſt.* Hinc eſt, quòd Johannes Herodem acriter reprehendit, eò quòd Herodiadem fratris ſui uxorem duxerat: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Matth.14.Marc.6.& Luc.3. At Deu.23. Matt. 22. Marc. 12. & Lucæ 20. permiſſum fuiſſe

Demetrius.

Deteſtatio nuptiarum inter cognatos.

Herodes quare à Johanne reprehenſus.

legimus fratris uxorem ducere; ſed mortui, & ex quo liberos illa non ſuſcepiſſet: ne ipſius nomen penitus aboleretur. Hinc reprehenſus fuit & Archelaus, quod Glaphyram Alexandri fratris ſui viduam, ex qua ille liberos ſuſceperat, contra Judæorum legem duxerit uxorem, ut Joſephus narrat. *lib. 17. Antiquit. Iudaic.* & Ægeſippus *lib. 2. c. 2.* Et quidem id genus matrimonia etiam jure civili ſceleris plena fuerunt judicata. *l. fratres. l. licet & l. ult. C. de inceſt. nupt.* Sed Papam hoc caſu diſpenſare poſſe, Egidius Bellamera tradidit *conſ. 28.* Theſſali, & alii populi hoc permiſerunt, ut narrat Livius *lib. 10. Decad. 4.* Quid verò de iis dicemus, qui communibus promiſcuè uxoribus utebantur? Id enim Garamantas factitaſſe, legimus apud S. Auguſtinnm *in catalogo Hæreticorum* his verbis: *Sunt qui ex horum ſententia nullas privatim uxores habent; ſed omnibus, ut communibus utuntur.* Et Plinius *lib. 5, cap. 8.* Garamantes matrimoniorum exſortes, paſſim cum fœminis degunt. Et Martianus Capella *lib. 6. de Africa interiore*, dicit: Garamantes vulgò fœminis ſuis matrimonio ſociantur. Et Pomponius Mela *lib. 1. Nulli Garamantum certa uxor eſt. Ex illis, qui tam confuſo parentum coitu paſſim incertiq; naſcuntur, quos pro ſuis colunt, forma ſimilitudine agnoſcunt.* Et Solinus *cap. 43, Garamantici Æthio-*

Archelaus cur reprehenſus.

Garamantibus uxores communes.

thiopes privatim matrimonia neſciunt, ſed omnibus vulgò uti Venere licet. Inde eſt, quòd filios matres tantum recognoſcant, nam paterni nominis nulla reverentia eſt. Quis enim verum patrem noverit in hac luxuria inceſti laſcivientis? Ea propter Garamanti Æthiopes inter omnes populos degeneres habentur, nec immeritò: quia affecta caſtitatis diſciplinâ, ſucceſſionis noticiam ritu improbo perdiderunt. Deque his Ariſtoteles uti credo, intellexit, cum *lib. 2. Politic. cap. 2.* dixit: Quibusdam ſuperioris Lybiæ populis mulieres eſſe communes, filios tamen partiri ſecundum ſimilitudinem. Et Claudianus:

——— connubia nulla,
Non illis generis nexus, non pignora curæ;
Sed numero languet pietas.

Idem & de Lymirniis Nicolaus Græcus narrat *in lib. de Moribus Gentium*, apud Stobæum *ſerm. 42.* Limyrnii uxores habent communes, liberos communiter aluntusque ad annos quinq;. Deinde ſexto anno pueris omnib. congregatis, ſimilitudines ipſorum ad viros conjectant, & unicuiq; ſimilem tradũt puerum, ceu parẽti, quẽ ille acceptũ pro filio educat. De Naſamonib. & Augilis ipſius impudentię effigiẽ repreſentantibus recenſent Herodotus & Pomponius Mela, ſponsũ apud eos permiſiſſe, imò juſſiſſe, ut cõvivas omnes, tã cognatos quam alios ſponſa prima nocte admit- *Lymirnii.*

admitteret, & hæc ab iis donum contra acciperet. Aliis alii fuerunt mores, æquè infames & vituperandi, ac tenebris potius, quàm luce digni. De quibus jam quidem ſcribere tædet, cum relati ſint ih Monſtroſa illa officina mea *de Sordibus virorum*, ſub diſcurſu Lenonum, ubi curioſus lector deſiderium explere poterit, neſandas illas conſuetudines plurium legendo populorum: qui nuptiarũ confuſarum, & multis uno eodemque tempore communium licentiam introduxerunt. Hodiè nulli Chriſtianorum in conſortem adſciſcere licet, præter unam ſolam mulierem, cui ad dies vitæ cohærere tenetur. Ideoq; nobis, qui Chriſto nomen dedimus, aliȩ leges obſervandæ ſunt, quàm quæ Veteribus fuerunt uſitatæ.

Coeuntium tàm ſtatus quàm ætas par eſſe debet.

Virgo ducenda potius

Planè quicunq; matrimonium inire ſatagit ad æqualitatem tàm ſtatus, quàm ætatis inprimis debet attendere. Aliis viſum fuit, ut Mas in conſortem potius virginem ſibi deſpondeat, quàm aliam mulierem, aut viduam. Non enim abſque periculo, nec tàm facilè (inquiunt) flectitur arbor, quæ jam indurata obriguit, quàm tener quidam ramulus: & moribus tuis facilius adſueſcet adoleſcentula, quàm vidua, quæ ad aliorum mores flexa obduruit. *Lætère cum muliere adoleſcentia tua*, legitur in Proverbiis: Et *Malachiæ 2. Dominus*

minus teſtificatus eſt inter te, uxorem pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti. Heſiodus quoque Mari ſuaſit, uxorem accipere Virginem: cui & Ariſtoteles aſſenſus eſt, *lib. 2. Oeconom. cap. 4.* Idemque & Nævius Poeta approbavit; qui interrogatus: Utrum melius eſſet viro Virginem aut viduam ſibi matrimonio jungere? *Virginem, reſpondit, ſi modeſta ſit.* Neque enim aliud innuere voluit, quàm adoleſcentulam, ut Nonius Marcellus declarat. Atque eò Pinacium reſpexit apud Plautum, cum dixit: *E malis multis, malum quod minimum eſt, id minimum eſt malum.* Et Joſephus *lib. 4. Antiquit. Judaic.* longo ante Moſem tempore ait ſancitum fuiſſe, Virgines ducendas eſſe uxores: forte quia vidua præter genuinam & propriam, etiam aliorum malitiæ magna ex parte gnara eſt: ut notat Salycetus *in l. præcipiunt. ff. de ædilit. edict.* Idq; ex uſu; quem ſub gubernatione primi mariti, & poſteà quoque apprehenderunt. Ita figulus fictilia ſua vaſa, donec quidem mollia ſunt & cruda, rurſum rotæ poteſt committere, & in quam velit formam effingere. At cum indurata aut igne uſta fuerint, videas ea rumpi & frangi potius, quàm ullo unquam modo reformari. Quo reſpexit Ovidius, cum (alio licet argumento) dixit:

Quæ præbet latas arbor ſpaciantibus umbras,

Quo poſita eſt primùm tempore, Virga fuit
Tunc poterat manibus ſumma tellure revelli.
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis:

Idem Poeta eodem in loco ætatem primam & teneram, vocat optimam, cum ita ait:

Optima quæq; dies miſeris mortalibus ævi
Prima fugit.

Infelicitas virorum viduas ducentium.

Proinde ſi quis conſortem ſibi acceperit viduam, quæ nec optima ſit & modeſtiſſima: mirũ ſanè valdè fuerit, ſi ſuos illi mores probaverit. quandoquidem ſemper illos demortui ſui conjugis, quantumvis non niſi corruptiſſimos, magis laudabit (quoniam ſcilicet temporis diuturnitate ad eos fuerit adſueſacta) quàm ſecũdi mariti, licet optimos. Hinc continuæ illæ audientur querelæ, lamentationes, & incondita atque immoderata verba, ipſum etiam cor transfigentia. Nec quicquam, quantumcunq; etiam bonum, honeſtum & laudabile id fuerit, poſterior faciet maritus (uti Libanius ad Fermilium ſcribit) quin illa ob oculos ei illico poſitura ſit Maritum ſuum jam mortuũ, ut qui melius tale & tale quid fecerit, prudentius diſſeruerit, res omnes ſapientius adminiſtrarit, & quę ſunt hujus generis. Sic eveniet, ut in perpetuo ille vivat inferno: ſiquidẽ vix unus præteribit dies, quin continuis ſuis querelis ſummas ei creatura ſit moleſtias, annos illos cum priore marito ſuo tranſactos ſemper ei exprobrando,

ac ſi ex hoc non videatur eam percipere voluptatem, quam ex præmortuo capere ſolebat. Nam ut Ariſtoteles *lib. 7. Politicor. cap. 17.* ſcribit: *Omnia prima nos magis delectant. Atq; ita natura comparatum eſt, ut præterita ſemper meliora præſentibus videantur: propterea, quod nulla tanta eſt felicitas, aut voluptas, quæ non habeat multum amaritudinis, aut fellis admiſtum; quod cum adeſt, urget nos acriter; cum abiit, non adeo magnum ſui ſenſum relinquit. Unde fit, ut minus videantur tansactis malis affecti eſſe, quàm afficiamur præſentibus.* Inde natum fuit, quod Moſes legibus ſuis prohibuerit, Ne in populo Iſraelitico Sacerdos Synagogæ, conſortem ſibi adjungeret mulierem viduam: non alia profectò de cauſa, quã (ut S. Hieron. ad Fabiolã, *de habitu ſacerd.* ſcribit) ne cõtinuò ſibi exprobrari audiret voluptates, & delectationes illas carnales ex cõjuge jam mortuo olim perceptas.

Verũ utut ſeſe res habeat: quemadmodum ſanè viro matrimoniũ inituro in cõſortium non adſciſcẽda eſt Vidua: ita & ſi ſenex & gravis hic annis ſit, nullo modò juvenẽ ſibi mulierẽ debet cõjũgere. Si ſecus fecerit, præterq; q *cornibus* coronabitur, etiã vulgo fiet fabula, magnã ex ejusmodi, cõjunctione, qua valdè oblectat, voluptatẽ capiẽtis. Nec .n. fieri põt, quin is, qui ſenio cõfect⁹ eſt, parũ valiturus ſit in illo Veneris ſepto, ob nimiũ videl. ſiccitatẽ & frigiditatẽ, q̃ in ſenib. naturaliter dominat. *Senes cum fœminis juvenibus non conjungendi.*

Senes enim non ſunt apti paleſtræ Venereæ, parumq; diligenter fundum uxorium colere poſſunt: cum ſenectus frigida ſit & ſicca: ut dicit Ariſtoteles libro, quem de longitudine & brevitate vitæ ſcripſit, & *5. de Generat. cap. 4.* Idque & Hippocrates affirmat *lib. 1. Aphoriſm. cap. 14.* Et Galenus *lib. 5. de ſanitate tuenda.* Et Paulus Ægineta *lib. 1. cap. 23.* Eam ob cauſam Lucas de Penna Senectutem Autumno ęquiparat, qui frigidus eſt & ſiccus. *in l 2. C. de prim. lib. 12.* Hinc Virgilius lib. 6. Æneid.

——Sed enim gelidus tardante ſenecta
Sanguis hebet, frigentq; effœto in corpore vires.

Et lib. 8.

Sed mihi tarda gelu, ſeclisq; effœta ſenectus
Invidet imperium.

Ex quibus concludere poſſumus, ſiccitatem & frigiditatem voluptatibus carnis admodū eſſe contrarios: cum in his, uti Galenus *lib. 6. de ſanitate tuenda* ſcribit, calidum & humidum requiratur: Ideo Juvenalis de ſenectutis incommodis diſſerens, ait:

——coitus jam longa oblivio: vel ſi
Coneris, jacet exiguus cum ramice nervus,
Et, quamvis tota palpetur nocte, jacebit.

Ad quod propoſitum & Martialis ita luſit:

Cum ſene communem vexat ſpado Dyndimus Æglen,

Et

Et jacet in medio ſicca puella thoro.
Viribus hic operi non eſt, hic inutilis annis:
Ergò ſine effectu prurit uterq; labor.
Supplex illa rogat, pro ſe, miſeriſq; duobus,
Hunc juvenem facias, hunc, Cytherea, virum.

Et Ovidius *lib. 1. Elegiar.* ſcribit:

Quæ bello eſt habilis, Veneri quoq; convenit ætas.
Turpe ſenex Miles, turpe ſenilis Amor.

De ſenibus igitur communiter dici ſolet, ut quemadmodum bello ob ſenectutem ſunt inidonei, ita & ad Veneris ſeptum atque palæſtram minus apti exiſtimentur. *gl. in l. 2. C. de his qui non implet.* ſtipend, ſacram. ſoluti. lib. 10. Unde Virgilius 3. *Georgic.* eam in rem ita canit:

Frigidus in Venerem ſenior, fruſtraq; laborem
Ingratum trahit: & ſi quando ad prælia ventum eſt,
Ut quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis
Incaſſum furit.

Quam ob cauſam bonus ille Sophocles de ſenectutis imbecillitate ſibi gratulabatur, quod hujus beneficio à tyrãnide amoris Mulierum, tanquam à ſervitute rabioſi & crude- *Sophocles ob ſenectutem ſibi gratulatur.*

lis heri eſſet ſolutus. Interrogatus enim, num animus ſibi eſſet, cum mulieribus congredi: *Bona verba, inquit, ô homo, nam liber jam ſum factus, & ab inclementibus iſtis & furioſis dominis aufugi, ætatis beneficio.* Mulieri certè quæ in ſenis alicujus matrimonium incidit, perinde eſt, ac ſi nunquam fuiſſet maritata. quoniam propter imbellem & impotentem mariti ætatem non poteſt forſan pro lubitu gaudere iis fructibus, quos mulieres in eo ſtatu tantoperè deſiderant. Atq; ſic uſu venit & iis, quæ Maritos ſemper abſentes habent. Ideò Dejanira apud Ovidium dolebat, quod ob mariti abſentiam eâ deſtitueretur voluptate, qua aliæ mulieres imprimis ſolerent oblectari. Qua ratione & viduam ſe nominabat, his verbis:

Deianira de quo fuerit conqueſta.

Vir mihi ſemper abeſt, & conjuge notior hoſpes,
Monſtraq; terribiles perſequiturq; feras.
Ipſa domo vidua votis operoſa pudicis
Torqueor, in feſto ne vir ab hoſte cadat.

Quo reſpectu & Plautus Penelopen appellat viduam, cum ait:

Penelope cur vidua dicta.

Credo ego miſeram fuiſſe Penelopen, Soror, ſuo
Ex animo, quæ tam diu vidua viro ſuo caruit:

Et Seneca de Clytemneſtra dicit:

Decem per annos vidua reſpiciam virum?

Mul-

Multò verò minus ſatisfactum ſibi, aut quos jam diximus matrimonii fructus ſenſiſſe ſe dicere poterunt Juvenes illi Mariti, qui vetulas ſibi in conſortium adſociant. Res enim odii plena eſt Anus fœmina Juveni marito, & ſenex maritus mulieri adoleſcentulæ. Unde matrimonia ejuſmodi à Græco quodã Poëta damnata legimus, eo epigrammate:

Matrimonia juvenum & vetularum damnata.

Nupſit anus Juveni, vetulo tibi juncta puella eſt,
O nimium ex omni tempore inepta Venus!
Aut aliis ducis, ſterili vel conſeris agro.
Conjuge nec frueris, nec frueris ſobole.

Ob id dicebat Euripides:

Res inimica mulieri ſenex vir.

Et paulò poſt:

Amarus juveni uxori ſenex maritus.

Id probè intelligens Homerus, Mulieri cuidam, quæ ipſum præter meritum ſuum offenderat (uti Herodotus in vita ipſius narrat) ita imprecatur:

Imprecatio Homeri.

Audi, flava Ceres, precor, hoc mihi perfice votum;
Hanc nunquam Juveni matronam junge marito:
Sed tremulo ſit nupta ſeni, cui vertice cani
Fundantur crines, gelida ſuperante ſenecta;

Is cupiat tantùm, effœto nil corpore poſſit.

Credebat nempe, ſe majus illi malum imprecando augurari non poſſe. Et Plutarchus *c. 85.* quærens, cur Romani menſe Májo non nuplerint? inter alias etiam hanc adducit cauſam: *quia*, inquit, *Majus à Majoribus appellatus eſt: Junius à Junioribus: Nuptiis verò accommodatior eſt Junior.* Unde Euripides:

Romani mẽſe Major nõ nubebant.

Verum ſenecta jubet valere Cypridem,
Et ipſa rurſum inſenſa ſenibus eſt Venus.

Abſtinebant igitur à nuptiis menſe Majo, & in Junium usque eas differebant. Qua de Ceremonia Ovidius differit *lib. 5. Faſtor.* Sanè qui ſenio confectus juvenem ſibi conjungit uxorem, nunquam non ſuſpicione urgetur, & in zelotypia vivit miſer. Ea enim (inquit Ariſtoteles) ſenum eſt propria. Hinc de Lycurgo Xenophon: *Siquidem contigerit, ait, ut ſenex aliquis juniorem uxorem habeat; videns Lycurgus hujus ætatis homines maximè aſſervare uxores, ſtatuit hujus rei contrarium. Sanxit enim, ut cum viri corpore animoq; ſenior ipſe magis delectaretur, eo adducto ad uxorẽ, prolem ex eo ſuſciperet.* Et quidem tali durante conjugio fieri non poteſt, quin animus doloris ſit pleniſſimus; partus anguſtiarum; cor, rancoris; oculi, amararum lachrymarum; aër, imorum ſuſpiriorum multis ab injuriis expreſſorum, & variis obtuſorum jurgiis. Tandemq; fit, ut qui ita

conjugati ſunt, Mortem veluti malorum ſuorum refrigerium advocando ſibi precentur. Quod ſi conjunx haud integræ vitæ fuerit; haut credat Maritus, famulos aut ſervas hoc ſibi revelaturos. Imò cum hera probè his conveniet: nec quidquam reliquum erit miſello illi marito, quàm ut aeri (quemadmodum dicebat Philoſophus ille) ſereno & tranquillo valedicat, & in extrema vivus ſepeliatur miſeria, in obſcurum & profundũ ærumnarum, ſuppliciorum, ſollicitudinum & curarum abyſſum projectus.

Heu mihi infelici, qui ſenex exiſtens duxi uxorem,

dixit ille apud Ariſtophanem. Et quod pejus; Ubi factó opus eſt, verba non ſufficiunt. uti nec eo contenta erit uxor, ſi ei non ſecus atq; teneræ alicui puellulæ adblandiaris atq; inanes feceris delicias. Imò audietur illa ſemper conqueri, & dies noctelq; in continua vivet anguſtia. Pugnant quippe inter ſe, & inimicitias alunt Venus & Saturnus, ut dicunt Aſtrologi. Quocircà oculos benè aperiant Seneciones, ne cum fœminis maritentur iuvenibus. Niſi enim indecens hoc ita foret, non reprehenſus fuiſſet Cicero, quod uxorem accepit Publiam virginem, nobilem ſanè & opulentam: nec Pompejus ille Magnus multis extitiſſet fabula, dum Cor-

Cicero & Pompejus reprehenſi, quod juvenes duxerant.

neliam juvenem Romanam, Metelli Scipionis filiam matrimonio ſibi copulavit. *Lætare* (ait Mimographus) *cum muliere adoleſcentiæ tuæ.* In quem ſenſum Theognides-

In adoleſcentia verò juxta quidem æqualem
melius eſt dormire.

Deſiderabilium operum amorem ſatiantem. Unde de Tiberio Cęſare legitur, quòd omnibus, qui ætatis annum ſeptuageſimum attigiſſent, peculiari quadam lege matrimonio interdixerit: impotentiam illam, quæ in ſenibus multò maximè reperitur, haud dubiè perpendens. Sic apud Plautum adoleſcentes edicunt:

Annos natus ſexaginta qui erit, ſi quem ſcibimus
Seu maritum, ſive herclè adeò cœlibem ſcortarier,
Cum eo nos hic Lege agemus.

Et quis neſcit, mulieres juvenes ſenibus maritatas, & ob impotentiam horum non inprægnatas, non abſque ſummis vivere poſſe incōmoditatibus. Quanquam Valerius Maximus *lib. 8. c. 14.* Maſiniſſam Numidarum Regem referat octogeſimo ſexto anno Methymnatū generaſſe. Sicuti & Cato Cenſorius anno octogeſſimo octavo procreavit Catonem, Catonis illius Uticenſis avum. Et Uladiſlaus Poloniæ Rex duos generavit filios

Senes quandoq; ad generandum habiles.

cum

cum annorum jam eſſet nonaginta. Idcirco Æneas Sylvius in ſua Europa *c. 25. Si hæc, ait quis nobis obiiciat, ſciat hoc pro miraculo req; memorabili ſcriptis fuiſſe demandata.* Nam (ut ait lex) quæ rarò eveniunt, vice miraculi habentur. *§. quantumcunq;. Auth. de Conſul.* quemadmodum etiam miraculi inſtar eſt, ſi major quinquagenaria partum ediderit. *l. ſi major. 12. C. de legit. hæred.* Non igitur ordinarium eſt, hominem ejus quoq; ætatis ad generandum habilem eſſe; ſed, ſi ita dicere liceat, quodammodo contra ordinem naturæ: quæ cauſſis ſuis ad hoc ordinatis ita excellenter quandoque corpus aliquod humanum, ipſo nativitatis vel ortus ſui die temperat, ut quantumvis inveteratum, tam vegetum tamen, robuſtum & forte ſit, ut eos, quos dixi, effectus ad mundi quoq; ſtuporem facilè producat. Quis etiam negaverit, Matrimonium arctiſſimũ eſſe amicitiæ vinculum inter maritum & uxorem? Sed quid amicitiæ tam contrarium & inimicum eſt, quàm tædioſa ſenectus? *In ſeveris* (ſcribit Ariſtoteles *lib. 8. Ethic. cap. 6.) atque ſenibus tantò minoris fit amicitia, quantò difficiliores ſunt, & minus congregationibus gaudent. Hæc enim ad amicitiam maximè ſpectare & ipſam efficere videntur.* Ideoque ferè omnibus odioſa eſt, hæc ætas, inquit Lucas de penna *in l. 2. C.*

Senes cur converſationi minus idonei.

de primicer. lib. 12. & Juvenalis *Satyra 10.* Senectutis recenſet incommoda.

Sed quàm continuis & quantis longa ſenectus
Plena malis? deformem & tetrum ante omnia vultum,
Diſſimulemq́; ſui deformem pro cute pellem,
Pendentesq; genas, & tales aſpice rugas:
Quales, umbriferos ubi pandit Tabraca ſaltus,
In vetula ſcalpit jam mater ſimia bucca.

Et paulo poſt:

Una ſenum facies, cum voce trementia labra,
Et jam leve caput, madidiq; infantia naſi,
Frangendus miſero gingiva panis inermi.
Uſq; adeò gravis uxori, natiſq;, ſibiq;,
Ut captatori moveat faſtidia Coſſo.

Et Mimnermus apud Stobæum dixit:

——ſed breve tempus durat inſtar ſomnii
Iuventus precioſa: difficilis autem, deformisq;
Senectus ſtatim imminet capiti
Odioſa ſimul & contemta, quæ virum reddit
Obſcurum.

Et ſermone 61. dixerat:

Oderunt illam pueri, contemnunt mulieres,
Adeò miſeram DEUS ſenectutem fecit!

Mani-

Manifeſtum itaq; eſt, certò dici poſſe, Eum ſibi malè conſuluiſſe, qui in juvenem incidit mulierem. Præter enim ſuprà commemorata mala, etiam hoc incurrit incommodi ab Euripide adjecti: qui nullum imperium minus tolerabile cenſuit eo, quod fœmina juvenis in maritum exercet ſenem atque impotentem:

Domina enim ſeni ſponſo Uxor.

Eodemq; fine & Quintilianus, *Genus infimæ ſervitutis eſſe*, dixit, *ſenem maritum*. Ideoque paulo poſt Dominam appellat mulierem, quæ juvenis adhuc exiſtens ſeni nupſerat marito. Nec ſilentio præterire hîc loci poſſum, Dn. Mutium Manfredi, poëtam ætate hac noſtrâ ob multa ſua poëmata clariſſimũ: qui etſi Dn. Hippolytam Benigni conſortem ſuam, veram hujus ſeculi noſtri Phœnicem annis plus minus quadraginta tribus ſuperat; nihilo tamen minus fortunatiſſimo gaudet matrimonio: quemadmodum ipſemet ſuis ad Dn. Attilium Ballentini Legum Doctorem teſtatum facit literis.

Ætas matrimonio conveniens.

Sed videamus, qua ætate tàm Viris quàm mulieribus conveniens ſit matrimonium contrahere. Canones & Imperatorum conſtitutiones, Mari decimo quarto ætatis anno; fœminæ duodecimo nuptiis conjungi permittunt, tanquam ad generandum eo

tempore aptis. quanquam ante id temporis quoq; Mares & fœmellas generaſſe & peperiſſe legimus. Sic enim de puella quadam, quòd nono ætatis anno pepererit, Albertus refert *in ſuo Vocabulario*. Et S. Gregorius in dialogo quodam ſcribit, puerum novem annorum nutricem ſuam imprægnaſſe. Idemq; de altero quodam puero decem annorũ D. Hieronymus retulit his verbis: *Domino teſte non mentior. Quædam muliercula, cum expoſitũ nutriret infantem, & inſtillaret cibos, ac nutricis officio fungeretur, cubaretq; cum ea parvulus, qui uſq; ad decimum jam pervenerat annũ: accidit, ut plus q̃ pudicitia patitur, ſe mero ingurgitaret, accenſaq; libidine obſcœnis motibus ad coitum duceret infantem. Prima ebrietas, alterius noctis, & cæterarum deinceps fecit conſuetudinẽ. Nec dum duo menſes fuerant, & ecce fœminæ uterus intumuit.* Aſcræus poëta nunquã ſatis laudatus hujus fuit ſententiæ, ut matrimonium viro & fœminæ ineundum negârit, niſi ille trigeſimum, hæc decimum quintum ætatis annum attigiſſet.

Puella nono ætatis anno pariens.

Pueri nono & decimo anno generantes.

Aſcræi hac de re ſententia.

Ætate matura uxorem domum ducito,
Neq; multo majorem natu triginta annis,
Neq; multo minorem.
Iſta enim tempeſtiva ſunt nuptiæ.
Virgo autem pubſcecens anno decimo quarto, nubat decimo quinto.

Ejuſdem-

Ejuſdemque opinionis & Socrates fuit, & Xenophon. Lycurgus Maribus matrimonio ante annos triginta ſeptem; Mulieribus ante decimum ſeptimum interdixit. Quòd ideò ita ordinatum fuiſſe videri poteſt, ut eò facilius Mariti moribus aſſueſceret uxor, ſi in ipſius jam maturi judicii poteſtatem in ætate tam tenera deveniret: quandoquidem, Ariſtoteles ſcribit, Morum & conditionis diverſitatem impedire benevolentiam & verum amorem. Solon Athenienſium Legiſlator in elogio illo, quod ſcripſit *de decem viri ætatibus*, ſancivit, ut nec vir, nec fœmina ante trigeſimum annum nuberet. Plato *lib. 6. de Legibus* hac de re ita ſcribit: *Nuptiarum tempus ſit puellæ à ſexto decimo anno in vigeſimum: idq; ſit longiſſimum tempus ad hoc inſtitutum, Maſculo à trigeſimo ad quintum & trigeſimum*. Ariſtoteles ait, debere Virum & fœminam ea ſimul ætate nuptias inire, ut ambo pariter uno eodemque tempore & generare & cõcipere deſinãt. Juxta hanc itaq; Regulã, Maritus viginti añis uxorẽ ſuperabit: ſiq; dẽ fœminæ naturaliter ad q̃nquageſimũ uſq; annũ concipiãt; viri uſq; ad ſeptuageſimũ ꝓcreant: ꝓut idẽ affirmat *li. 5. de Natur. animal. c. 14*. Albertus Magnus *lib. 5. Animal. tract. 2. c. 1.* de ætate ad generandum apta ita diſſerit: In homine eſt exitus & deſcenſus ſpermatis poſt completionem

Lycurgi. *Solonis.* *Platonis.* *Ariſtotelis.* *Alberti Magni.*

duorum ſeptenariorum: ſed ſperma adhuc eſt modicũ, tenue & aquoſum. Conveniens aũt eſt,& bonum in tertii ſeptenarii complemento. Tunc enim ut frequentius ſtat longitudinis diameter, & corpus incipit ſpiſſari ſecundum diametros latitudinis & profunditatis: & ideò etiam tunc ſperma ſpiſſius & grandulosius efficitur, ejuſq; calor efficitur calidior, ſuperflua in ipſo exiccatâ humiditate: propter quod convenientius eſt ad generandum &c. Eodemq; capite, interiectis multis aliis concludit tandem: Homo maſculus circa 30. annos habens ſemen perfectè maturum, poteſt generare ad 70. annos: & rarò in valentioribus extenditur virtus uſq; ad 80. ſed poſt hoc eſt labor & dolor, & non eſt aliqua virtus generationis, licet coeat. Mulier autem concipit & parit uſq; ad ætatem 50. annorum. Jnventa eſt tamen mulier temporibus noſtris in Germania, cujus primogenitus exceſſit ultimo genitum ſpacio 40. annorum. Quod autem frequentius accidit in viris, eſt quod generant uſq; ad 60. vel uſq; ad 65. ann. Et mulier valida conſuevit eſſe ad partum, uſq; ad 40. vel uſq; ad 45. ann. qui ſunt duo arcus minorum conjunctionum, Jovis & Saturni, vel parum plus. Et *lib.9. tract.1. cap.2.* dicit: Sperma conveniens generationi eſt illud, quod eſt ſufficienter

cienter

cienter decoctum; & hoc eſt, quod in tertio deſtillat ſeptennio, hoc eſt in anno 21. à nativitate generantis. Ante enim hoc tempus, ut in pluribus non eſt ſperma completè habens virtutem generandi perfectum aliquid in genere humano. quia quamvis in minori ætate parentum generetur fortè ex ſpermate eorum: tamen id quod generatur, fit debile & infirmum, non complens periodum humanæ vitæ. Et *paulo poſt:* Ut in pluribus autem Mulieres poſt tria ſeptennia convenientes efficiuntur ad partum, eò quod corpora earum mollia in tanto tempore maturantur, quòd tunc eſt quantitas ſpacii conjunctionis Jovis & Saturni, & unius anni ſolaris; qua in quantitate temporis conjunctionis duarum ſuperiorum Stellarum infunditur perfectio corporibus individuorum perfectorum, & hæc perfecta virtus infuſa per vim ſolis, per ſignorum circuitum reducitur ad agendum, & adunatur virtus ejus, ut ſit efficacior, Quoniam licet fortè aliquis natus non naſcatur in conjunctione Jovis & Saturni, & ideò annus 20. non terminetur ad iteratam earundem ſtellarum conjunctionem: tamen in tanto tempore quantitatem rurſus unius conjunctionis perficiuntur ſuper generata, & ideò ſunt perfecta. De iſtis tamen in Aſtronomicis eſt reddenda ratio.

Sed hæc dixiſſe ad præſens ſufficit, quòd in 21. anno perfectè matura eſt ad concipiendum mulier: & quæ ante côncipit, immaturè concipit. ante tempus videlicet maturi ſeminis. Viri auten indigent majori tempore, quàm ſit iſtud: quoniam corpora eorum ſunt calori magis reſiſtentia: & ante tempus illud, quo perfectè matura ſunt corpora virorum, ſperma eorum ſubtile & aquoſum: & tale ſperma non eſt aptũ generationi perfectæ in genere humano: ſed oportet, ꝙ ſperma ſit glandulosum & grandinoſum, quãdo tangitur, hoc eſt, quod ſit quaſi compoſitũ ex glandulis, & partibus grandinis mollibus: quia tunc in ſpiſſitudine ejus poteſt cõtineri fortis, & multus ſpiritus, cum virtute formante perfectum & vigoroſum partũ. Qui ſpiritus cũ virtute ſua neq; eſt in ſubtili ſpermate: & ſi eſſet, evaporaret. Tale autẽ ſperma grãdinoſum, non eſt in corpore viri, niſi jam ſit deſiccatum calore juventutis, & confortatum, & inſpiſſatum, & exſiccatum, jam in ſe ipſo ab humore ætatis puerilis, &c. Non deſunt tamen, qui ſatis eſſe putent, ſi Mas fœminam decem annis antecedat. Atq; hi exemplo nituntur Abrahæ: qui, ut eſt *Geneſis cap. 17.* non niſi decem duntaxat annis Saram uxorem præcedebat: *Putas ne* (dicebat Abraham) *centenaria naſcetur filius; & Sara*

Sara nonagenaria pariet? Ubi Origenes *Homilia 11. ſuper loco illo*, ætatem quidem, quo tum erat Abraham obſervavit: Sed determinatũ tempus non inveniri ait, quo Abrahã Saram uxorem duxerit: ut nec cujus ætatis Sara tum fuerit. Verùm utut ſe res habeat: obſervandum tamen eſt, Virum ætate uxorem debere præcedere. quamvis Homerus *Iliod. 4.* Junonem ita loquentem introducat:

> *Indegenus ducens, unde & Tu, major & annis,*
> *Saturno genita, ante tuos quam protulit ortus*
> *Verſutus pater: & Tua nunc (quæ maxima laus eſt)*
> *Et ſoror & conjunx dicor.*

Quemadmodum & apud Ovidium *6. Faſtor.* ita canit:

> *Si genus adſpicitur, Saturnũ prima parẽtem*
> *Feci: Saturni ſors ego prima fui.*

Sed de hoc pluribus non agam. Quandoquidem ergò de ætate Viris & mulierib. ad nubẽdum cõvenieñti diximus: videamus nũc, quales ſibi fœminas eligere debeãt Mares, matrimonio animum applicaturi. Primum igitur omniũ meminerint eas ſibi eligere fœminas quæ honeſtiſſimis natæ parentibus & ea ortæ ſint patria, quæ naturâ ſanguinis pulchras ſolet producere: inprimis verò parentes ha- *Qualis Vxor ducenda.*

beant pacificos, & originis bonæ: atq; adeò ipſæ quoq; ſint bonis dotatę moribus. Nam, ut Marſilius Ficinus dicebat, Anima cum corpore ſuo certa quadam harmonica proportione ita proportionata eſt, ut motus illius in hoc maxima cum velocitate penetrent, & contrà. Quanquam enim anima humana non ex potentia corporis generantis trahitur, ſed à DEO creata eſt; omninò tamen procreata corpora, uti manifeſtò videmus, & modò diximus, cum inclinationibus quibuſdam, & naturalibus proprietatibus progenitorum ſuorum ſolent naſci, quas poſtea pro voluntatis ſuæ libitu vel ſequi, vel non ſequi poſſunt. Quò ſpectat ille à JCtis citatus verſiculus:

Anima humana quam proportionem cum corpore habeat.

Sæpè ſolet ſimilis filius eſſe patri.

Parentes plerumq; ſimiles generant.

Ideò Quintilianus dixit: *Similes parentibus ac majoribus ſuis filii plerunq; creduntur: & nonnunquam ad honeſtè turpiterq; vivendum inde cauſſæ fluunt.* Atq; eò alludit etiam Proverbium: *Mali corvi, malum ovum.* Cujus mentionem fecit A. Gellius *lib. 5. cap. 10.* Et S. Ambroſius *lib. 1. de Virginibus.* de matribus diſtinctè loquens ait: *Quid potuit filia de adultera matre diſcere, niſi damnum pudoris?* Hinc Ezechiel *cap. 19.* Sicut mater, ita & filia ejus. Et *gl. in can. ſiquis cum militibus* 6. *q. 1.* vulgatum illum inducit verſiculum:

Inſe-

Inſequitur leviter filia matris iter.

Uti Virgilius in Bucolicis:

Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos
Noram.

Et Columella *lib. 3. de Re ruſtica.* Nihil dubium, inquit, quin ipſa natura ſobolem matri ſimilem eſſe voluerit. Quò reſpexit & Horatius *lib. 2. Carm. Od. 4.* cum dixit:

——neq; ſic fidelem,
Sic lucro adverſam potuiſſe naſci,
Matre pudenda.

quaſi diceret, talem eam non futuram, niſi tali edita fuiſſet matre. Et Terentius:

Sed vereor, ne me abſente hîc mulier corrupta ſit:
Concurrunt multa opiniones, quæ mihi animum exaugeant:
Locus, occaſio, ætas, Mater, ſub imperio cujus eſt, mala.

Idcircò Libanius ad Solonicum ſcribens, & admonens, cujuſnam conditionis, Uxorem ducturus, eligere ſibi debeat: Uxorem, ait, cognitam ducas, cujus parentes, & matrem præcipuè bonis moribus præſtantem noveris. Et Peleus apud Euripidem eodem fine, dixit:

Et ego quidem loquebar, te ambiente affinitatem, nunquam tecum

Affinitatem contrahere, neq; intra domum accipere
Mala mulieris pullum. Imitantur enim
Materna opprobria. Hoc & conſiderate mihi
O proci, bona filiam ex matre ut ducatis.

Et apud eundem Tolanus ait:

Non eſt hoc liberis pulchrior honor,
Quam patre bono & honeſto natos
Uxores ducere à bonis. Qui verò victus deſiderio
Malis communicat, non laudabo,
Liberis dedecus causâ voluptatis ſuperari.

Inde apud Theognidem legimus:

Canes quidem, & aſinos quærimus, ô Cyne, & equos
Generoſos: & hæc quiſq; vult ex bona progenie
Sibi parare: Uxorem autem ducere malam ex malo genere non curat.
Vir bonus, modò ſibi pecunias multas adferat.
Neq; mulier mali Viri renuit eſſe Uxor
Divitis: ſed locupletem præfert bono.
Pecuniæ enim coluntur, exq; malo genere bonus uxorem ducit,
Et malus bonum ſibi genus adſciſcit.

Hoc amplius neceſſarium eſſe dixi, ut uxorem ducturus ad natale fœminarum ſolum

oculos

oculos probè convertat. Nam ſi qua nata fuerit in civitate, vel loco, aut caſtro, unde impudicæ plerunq; generantur & producuntur mulieres, tū ſolet illa eos apprehendere mores, qui loci illius incolis frequentes ſunt ac familiares: idq; propter influxus aut aſpectus cœleſtes, aut alias ob cauſas nobis occultas: quemadmodum plenam huic rei fidem faciunt Hippocrates in libro *de Ære, Locis & aquis*. Plato in Timæo, itemq; *lib. 5. & 8. de Repub.* Ariſtoteles *7. Politic. cap 7.* Polybius *lib. 4. ſua hiſt.* M. Tullius *lib. 1. & 2. de Divinat.* Plinius *lib. 2. hiſtor. Animal. cap. 78.* Galenus *de Abſtinentia virtutum animalium cap. 9. & lib. 2. de Temperament.* Apulejus *lib. 10. Metamorphos.* Flavius Vegetius *lib. 1. de Re militari. cap. 2.* Et Servius illum Virgiiii verſum:

Principiò cœlum, ac terras, camposq; liquentes,

lib. 6. Æneid: exponens, Tranſlatum (ait) ad aliud clima hominum naturam ex patre mutare. Et de hoc prolixè tractant Alexander ab Alexand. *libr. 4. Genial: dier. cap. 13.* Cœlius Rodiginus *18. Antiquar. Lection. cap. 18.* Atque inter Aſtrologos, Julius Firmicus *libr. 1. Aſtrolog. cap. 1.* Quædam gentes, inquit, ita à cœlo firmatæ ſunt, ut propria morum ſint unitate conſpicuæ. Scythæ immani crudelitate graſſantur, Itali

ſemper fiũt regali nobilitate prȩfulgidi. Galli ſtolidi; Leves Græci; avari Syrii, Afri ſubdoli; acuti Siculi; luxurioſi ſemper Aſiani, & occupati voluptatibus; Hiſpani elata jactantiæ animoſitate præpoſteri &c. Prætereà ſolet etiam quibuſdam in locis varietatem morum cauſſari nimia abundantia variarum rerum ibi naſcentium, quibus incolæ plus juſto & abſq; cupiditatum freno, & ſine ulla ratione ũtentes, in profundum cadunt præcipitium gravium errorum, & in peccatorum pelagus immenſum: unde extremum ipſis creatur exitium atq; interitus. Nam ſi Ezechieli credimus, *Iniquitas Sodomæ fuit abundantia.* Hinc abſq; dubio nata fuit Campanorum ruina, & econtra Hannibalis atque Carthaginenſium Magnificentia. Rectè igitur Valerius Corvinus ut à Livio *lib. 7. ab Urbe condita* refertur, *Campanos haud dubiè, nimio luxu affluentibus rebus, mollitieq; ſua potius quam vi hoſtium victos eſſe.* Idemq; & Tyrrhenis eandem ob cauſam obtigiſſe Diodorus Siculus *lib. 6. Bibliothec. cap. 9.* innuit his verbis: *Priori virtute abjecta, potui ſe atq; ignaviæ tradentes, haud injuria partam à ſuis majoribus gloriam in bellis amiſere.* Inde Virgilius *1. Georgic.* Arabes appellat molles.

Campanorũ ruina.

India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi,

Et Claudianus Virgilium imitatus dixit:

Te

Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorant.

Sed ante hunc Catullus dixerat:

Sive in Hyrcanas, Arabeſq; molles &c.

Et quis neſcit, nihil eſſe, quod hominem magis emolliat, quàm rerum multarum abundantiam, & earum inprimis, quæ ad victum humanum ſunt neceſſariæ. Ac quoniam hoc in officina mea, in Diſcurſu *de Laſcivis* inſtituto, perſpicuè demonſtratur, nihil hic addam. Quilibet igitur Matrimonium contracturus oculos attentos habere, & diligenter conſiderare debebit, mores illius civitatis aut Provinciæ, unde Uxorem ducturus eſt: nec quamlibet ſibi oblatam in conſortium adſciſcet; ſed conſanguineis ornatam honoratis, & optimis decoratam moribus, maximè vero matre natam pudica & honeſta. quandoquidem non ſanguinis tantùm maculam, ſed & vitium, ex quo infamia oritur, ad poſteritatem hereditariò propagari videmus, & in ea reddi conſpectiora. Ita fit, ut quemadmodum deſcendentium corpora ſanguine illo inficiuntur; ſic & animi ſæpenumerò eoſdem affectus retineant. Conſiderandum quoque eſt, ſitne an fuerit Mater laſciva, vagabunda, pompoſa, loquax, fatua; aut vero prudens, taciturna, frugalis, honeſta, & virtuoſa. Puellula enim domi

Mater debet eſſe honeſta.

enutrita, & ſimiæ inſtar ludens, in ipſis Matris brachiis mores ejus addiſcit, quibus poſtea ad maturiorem provecta ætatem difficulter poteſt exui. Ac ſicuti ex arbore mala bonos nequaquam percipimus fructus: ita ab improbis parentibus non eſt quòd bonã ſperare filiam debeamus, ſiquidem cum lacte nõ minus virtus & vitium animi, quàm corporis ſtatus & nutrimentum apprehenditur. Poterit etiam ſecum examinando expendere, utrum ea, quã ſibi deſpondere cogitat, in timore Dei & majorum ſuorum benè in pueritia inſtituta, aut tanquam tenera, & laxatis licentiæ frenis parum à patre & matre fuerit reprehenſa. Id quod ex ſervis, ancillis, vicinis, amicis, & aliis, nec non ex bona parentum ipſorum fama intelliges. Hinc de Demogete Rhodiorum Rege legitur, quòd consulto oraculo Delphico, unde, & quam fœminam deberet uxorẽ ducere, tale reſponſum acceperit: Ducendam ei eſſe filiam viri optimi, qui in Græcia eſſet. Itaq; cum de Ariſtomenis fama ſibi conſtaret ſatis, tertiam ejus filiam duxit, nulla dotis ratione habita: quoniam ut in ore eſt ſapientum, *ſatis benè dotata eſt mulier, quæ benè nata.* Et ſcimus, Abrahamum multas repudiaſſe divitias, & Cananæas mulieres opulentiſſimas, ac non niſi ex gente ſancta ambiiſſe uxorem. Verè enim neque

Demogetes oraculum Delphicum de uxore ducenda conſuluit.

Abraham uxorem voluit non divitem, ſed ſanctam.

que maior honor, neq; excellentius donum eſt, quam ſi liber, & bonis ortus parentibus, uxorem itidem habeas parẽtibus virtute honoratis & laude dignis editam. Ex his igitur, quæ dicta ſunt, facilè intellectu eſt, quàm parum ſeipſos norint, & quam malè ſibi proſpiciant, qui uxorem ducturi, tantummodò divitias, illuſtrem familiam, exteriorem gratiã, aut pulchritudinem ejus conſiderant. Multò verò magis, imò maximè in hoc reprehendendi ſunt Lacædemonii, qui matrimonii curã Fortunæ cõmiſerunt. Stato, n. tempore civium filios filiasve in loco quodã obſcuro concludebant, atq; ibi quælibet cũ eo copulabatur, qui ei fortè fortuna in manũ convenerat, quã ille poſtea domũ deductã cum alia cõmutare non poterat. Hi certè haudquaquã rẽ ſubtiliter penſiculabãt, nec qualiter, unde, & quibus parentib. editæ: uti nec utrũ formoſæ an deformes eſſent fœminæ: cũ tamen inter alia etiã pulchritudo uxori ducẽdæ ſit neceſſaria, ut à marito ametur. *Quoniã pulchrum* (ut ille dicebat) *amicum eſt: non pulchrum, non amicum*, præſertim cum non deſint, qui uxores quantũvis pulchras averſati, turpibus etiã & ſervilibus amoribus oblectentur, ut Euripides dicebat apud Stobæum *in Sermone, de Venere vulgari*. Uxor itaq; pulchra ſit, quã ducturus es. Præterquã. n. quod hæc varias deviandi occaſiones tibi ꝓcidet, erit anima ipſius

Lacædemonii fortuitò uxores ducebant.

Pulchritudo uxori neceſſaria.

in pulchro habitans corpore non ſecus æſtimanda, quàm precioſa aliqua gemma auro incluſa: quo illa pulchrior apparet & venuſtior. Et naturâ videmus deformia corpora ad vitia; pulchra autem ad virtutes & gratiam magis inclinare. atq; perquam rarò evenit, ut anima pulchra in deformi habitet corpore. Ac quamvis aliqua ſit, quæ deformitate ſua ex ſpeculo cognitâ; Naturæ defectum cum virtute compenſet: nihilotamen minus eum habet vultum, qui ridendi materiam præbeat: ut rectè de hac, quod de Simiis dici queat; *Naturam ſcilicet ridiculoſam earum animam ridiculoſo corpore veſtiviſſe.* Equidem, ſi quod ſpero & cupio, uxorem duxero, nunquam ducam deformem: & quidem liberorum gratia. qui quantò liberaliori adſpectu ſunt, & corporis proportione convenientiore, tantò etiam amabiliores exiſtunt, & faciliores ad res præclaras obeundas, & capeſſendas dignitates, atq; favores promerendos. Inde eſt, quòd apud Poëtam Mantuanum Juno Ventorum Regi formoſam aliquam Nympham in Matrimonii promittit conſortium, ex qua pulchræ ſobolis pater poſſet evadere:

Vxor pulchros procreat liberos.

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nimphæ,
Quarũ quæ formâ pulcherima, Deiopeiam
Connu-

Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo:
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

Quapropter & Plato *libr. 6. de legib.* dixit: *cogitare omninò ſponſus & ſponſa debent, quo pacto quàm pulcherrimos & optimos civitati liberos poſſint procreare.* Hinc Archidamum Regem ab Ephoris punitum legimus, quòd uxorem duxiſſet deformem, obiicientibus judicibus, Eum populo ſuo non Regem, ſed regulum aliquem generaturum. Nec eſt quod Biantis reſponſum à formoſâ uxore ducenda quemquam abſterrere debeat: cum dixit: Si uxorem acceperis pulchram, erit communis. Si deformem, pœna tibi erit eam intuenti. Id enim ita inverſum fuit â Pittaco: Si duxeris formoſam, non erit tibi pœna: Si deformem, non erit communis. Alius quiſpiam ita intellexit: Si formoſam duxeris, prudentia tua eam tibi faciet propriam: Si deformem; tum amor tuus eam tibi lepidam reddet atq; jucundam. Eſt enim uxor iis ex rebus, quibus & benè & malè uti poſſumus. Et verò Mariti prudentia atque perſpicuitas multum momenti habet in fœminæ caſtitate aſſerenda. Ac quoniam caſtitas, animi pulchritudo eſt, rationi fit conſentaneum,

Archidamus propter uxorem deformem punitus.

Biantis reſponſum de uxoribus.

Pittaci Inverſio.

animam pulchram, uti diximus, in pulchro habitare corpore. Imò pulchritudo iſtiusmodi nihil aliud eſt, quã ſplendor animę virtuoſę: quę exſuperatis omnib. iis, quę ſibi opponuntur, ad inſtar Solis nubes diſſolventis, tralucet in oculis, & vultum coloribus depingit iis venuſtioribus, quos in arcu cœleſti tãtoperè admiramur. Imò quemadmodum Iris victoriæ ſignum eſt, à ſole reportatæ: ſic & gratia argumentum eſt certum, animæ illius pulchritudinis. Sed quod natura à multis deſideratum eſt tantopere, id vel vni ſoli concedi ſolet. Laudo igitur (& nec aliter volo intelligi) pulchritudinem mediam quæ uxorũ eſt propria; & extremam illam pulchritudinem atq; deformitatẽ ſemper vitupero: quarum hæc cruciat, illa ſatiat. Sit igitur uxor eâ formâ, quæ non omnium judicio in univerſum repudietur, ſed potius gratiæ aliquem locum inveniat. Id enim ſtimulum Marito ad amandum eam addet, & frenum eidem iniiciet, cogitationes ab aliis mulieribus avertendi. Si ſecus: minus ei chara futura eſt: quãdoquidem cum faſtidio id poſſidetur, quod nemo habere dignatur.

Pulchritudo media uxorũ propria.

Jam cum oſtenderim hactenus, qualis uxor ducenda ſit, & quis pulchritudinis ipſius gradus eſſe debeat: dictu mihi & hoc neceſſarium videtur, debere eum, qui matrimonium

nium contracturus eſt, ante omnia obſervare, ut fœminam; quantum fieri poteſt, ſibi æqualem deligat. Concors enim omnium ſapientum & Philoſophorum ſententia eſt: Æqualitatem concordiæ & amicitiæ matrem eſſe; Inæqualitatem verò odium generare. *Si vis nubere, nube pari.* Sæpenumerò enim multæ adverſitates obveniunt iis, qui vel ditiores vel nobiliores ducunt uxores. Id quod omnibus ſedulò cavendum cenſeo. Nam qui talem in conſortium ſibi adſciverit, nihil dubitet, quin domū ducturus ſit Dominā ni tolerabilem. Neq; novum hoc eſt, aut à me excogitatum. Præter enim cotidianam experientiam, à multis id proditum eſt ſapientibus. quam in rem Ariſtoteles *lib. 8. Ethicor. cap. 10.* ſcripſit: *Dominantur uxores propter amplitudinem patrimonii.* Et Plautus *in Aſinaria* Demænetum introducit conquerentem, quòd locuplete ducta uxore, libertatem contra perdiderit.

Æqualitas in matrimonio requiritur.

Incommoda eorum, qui uxores ducūt ditiores aut nobiliores.

Argentum accepi, dote imperium vendidi.

Et in Moſtellaria, Simo ait:

Si quis domi dotatam habet uxorem, malè.

Hinc Ovidius 2. de Arte.

——— *dos eſt uxoria, lites.*

Revera enim nihil aliud in ædibus eſt dos magna, quàm continua lis ſponſę cum ſponſo: Quocirca apud Plautum ſenex ille:

Nam mihi virtute Deûm dicam, propter divitias datas
Licuit Uxorem dotatam genere ſummo ducere.
Sed nolo mihi oblatratricem in ædes introducere.

Lib,2,cap.23. Et alter ille apud Menandrum, à Gellio relatum:

In aurem utramq; quandoquidem dotata eſt, cubet.

Et paulò poſt:

Me miſerum! qui Creobulam duxi, & talenta decem,
Nanam mulierculam, cubitalem, cujus ſuperbia
Adeò intolerabilis eſt.

Et Menander *Serm. 67.* apud Stobæum ait:

Si quis pauper nuptias inſtituerit,
Et allatas ab uxore pecunias acceperit,
Hic dat ſeipſum, non illam ducit.

Rurſus alibi, in eandem ſententiam:

Quiſquis uxorem unicam hæredem cupit adſciſcere
Divitem, is vel iratis poenam luit Diis,
Vel infelix eſſe vult ſub nomine fortunati.

Sic Euripides apud eundem inquit:

Quicunq; nuptias aut genere præſtantiores contrahunt,
Aut multarum opum gratiâ, uxorem ducere neſciunt. *Uxor*

Uxor enim imperans domi,
Subiicit maritum, ita ut amplius non ſit liber.

Nimirum ſi quis pauper in opulentam uxorem incidit, non illam ducit, ſed ſemetipſum ei dat, & poteſtati illius ſe ſubmittit. Hinc Alexandriades dicebat:

Si quis pauper pecunioſam uxorem
Duxerit; non uxorem, ſed dominam habet,
Cujus eſt famulus & ſervus.

Et Phocylides Mileſius:

Servus autem uxori male, gratiâ dotis.

Quò reſpexit Juvenalis, cum dixit:

Intolerabilius nihil eſt, quàm fœmina dives.

Id quod & à Luca de Penna eſt confirmatum *in l. 1. C. de Mulierib. in quo loco munera ſexui congruentia vel honor. agnoſc. lib. 10.* Hinc iterum Juvenalis:

——Veniunt à dote ſagittæ,
Libertas emitur.

Atque eò veluti digitum intendit Seneca *lib. 2. controverſiar.* cum dixit: Omnes uxores divites ſervitutem exigunt. Crede mihi, volent regnare in ſuis divitiis. *Et paulò poſt:* Multi duxêre ſine dotibus uxorem; quidam dictas nõ accepêre dotes: quidam autem cunctis contenti fuere mancipiis; & cum poſſent accipere divitias, emere, quibus libertatem darent, maluerunt, quàm ſuam vendere. *Et Quintilia-*

nus: Tu tamen quid circumſcriptione iſta perdidiſti? Uxorem non habes locupletem? Nihil enim magis q̃ pecuniam deſideras. At te dignam, qui duceres parem, tunc ſcires, quæ diſcordiæ, quæ cõtentiones, quàm frequens mentio dotis, quàm erecta ex equo cervix! Utiq; in his tuis deliciis, in his cupiditatibus liceret amare aliquam ancillam, deperire aliquam miniſtrarum. Nunc habes uxorem non ambitioſam, non exacturam comitatus, ſed quæ tota ex tuo vultu pendeat. *Et Seneca.* Invenies, ſi nihil quæris niſi bonam: dum̃odò ne imagines proavoſq; reſpexeris, nec patrimonium, cui jam ipſa nobilitas ceſſit. Ad quod etiam proverbii illius Auctor reſpexit: *Æqualem tibi mulierem inquire.* Dicere ſolebat Socrates, ut narrat Valerius Maximus: *Splendida matrimonia ut aliquando illuſtrant; ita nonnunquam funditus domos evertunt.* Cui & Nicoſtratus ſubſcripſit his verbis, quæ apud Stobæum leguntur *Serm. 70. Vulgaria iſta præcepta haud latere te puto, non tàm reſpiciendam eſſe nobilitatem & gloriã parentum, q̃ ipſam uxorem. Multæ n. perquam honeſtis & bonis parentib. natæ, dep̃hẽſæ ſunt malæ & inpudicæ. Pecunias aũt alii prorſus nõ ſolent morari: alii uxorem omninò aliter non ducendã exiſtimarunt, niſi dives eſſet, ac dotem magnã afferet. Verũ hic apparet egregia Servitus, ſi quis ſeipſum tum Uxori opum luxuria diffluenti, tum*

Lib. 7. cap. 21.

tum pecuniis adulatoriè ſubmittat, etſi maximè liceat pecunias ab eo acceptas inſumere. Quòd ſi quis mea ſententia fuerit.vel par vā dotem libenter capiet. Unde D. Ambroſius *lib.1.de Abrahamo cap.2.* docere volens, quæ viro mulier ducenda ſit: Qui ſuavitatem, inquit, quærit conjugii, non ſuperiorem cenſu ambit, non monilibus ornatam, ſed moribus. Et D.Hieronymus *in Epitaphio Marcellæ,* viduas illas divites vituperat, q̃ viris nubere geſtiũt pauperibus, ut iis ſuo dominari poſſint arbitrio & ꝓ lubitu vivere. Hinc apud Horatiũ legimus:

Nec dotata regat virum Conjunx.

Et alibi: ——— *probamq́;*

Pauperiem ſine dote quæro.

In quam ſententiam & Artemidorus *lib.2.de Somniorum interpretatione cap.31.* dicit: Si quis argenteis armis pugillatũ decertet, uxorem ducit mediocriter opulentã, fidelẽ, & domũ cuſtodientẽ, & viro obedientẽ. Si verò quis contra Sequutorẽ pugnet, formoſam ꝓpter opes, & ob id virũ cõtemnẽtẽ, & malorũ cauſam futurã. Nec omittẽdus eſt verſiculus ille:

Sponſa indotata non habet libertatem, ſive audaciam loquendi.

Et Baldus *in Auth. Res quæ. C.commun.de legat.* ſcripſit: Uxor indotata à marito contemnitur. Cujus rei multæ aliæ graviſſimorũ Auctorũ ſentẽtiæ leguntur apud Stobæum, Muſoniũ, &

alios; quibus admonemur, Ne viri cum fœminis opulentioribus ſe conjungerent, & ne fœminæ absq; dote Viris nuberent. Lycurgus itaq; interrogatus, cur voluerit Mulierē indotatam duci? Sapienter reſpondit, ne aliquam ob paupertatem quis relinqueret, aut aliā propter opes appeteret. Et Juſtinus Hiſtoricus *lib.3.* ideò hoc ita conſtitutum fuiſſe ſcribit, ne poſſit Mulier propter dotis quantitatem inſoleſcere. Et quanquam Ariſtoteles *lib.2.Polit.cap.7.* refert, Lacedæmonios permiſiſſe, ut nubentibus fœminis magnæ conſtituerentur dotes: Tamen & ipſemet Solon ordinavit, ut nulla omninò dos mulieribus maritandis erogaretur, prȩter tres ſolummodò veſtes, cum quibuſdam minimi precii vaſibus. Chilonem narrat Diogenes Laertius ejus fuiſſe ſententiæ, ducendam potius eſſe fœminā pauperem & humili genere natam, quā divitem & generoſæ ſtirpis: ne quis conſortis ac ſociæ loco Dominam in ædes introducat. Idcirco Cato Cenſorinus dicebat:

Lycurgi lex de Maritandis filiabus.

Solonis Lex.

Uxorem, fuge, ne ducas ſub nomine dotis.

Semper itaq; fatui judicati fuerunt, qui ſibi pares tam opibus, quàm nobilitate non copulant. Præterquam enim, quòd ab omnib. reprehenduntur, in continuas tandē & graviores, quā credant, curas atq; ærumnas præcipitantur. Proindè, *uxorē ducito ex æqualibus,*

dice-

dicebat Diogenes Laertius: *Si enim ex potentioribus duces; dominos & non affines habebis.* Nec poſſum nō reprehendere eos Maritos, qui uxores Dominarū nomine dignātur. Sic enim inferiores ſe illis faciunt: quò certè nihil vilius & abjectius in virum cadere, aut de eo cogitari poteſt. Nihilominus tamen Claudius Meſſalinam, ut & alii Romani Uxores ſuas Dominas vocarunt. Sic & Homerus *Odyſſ.* 3. de Néſtoris uxore loquens ita canit: *Mariti uxores ſuas Dominas vocantes.*

Huic uxor Domina lectum paravit & cubile.

Et lib. 7. de Uxore Alcinoi:

Alcinous autem dormivit in conclavi domus altæ,
Juxta autem uxor Domina lectum paravit & cubile.

Sic Catullus in Epithalamio Juliæ & Manlii:

Ad domum dominam voca,
Conjugis cupidam novi.

Et Statius in Epithalamio Stellę & Violātillæ.

Tu modo fronte roſas violis, modo lilia miſta
Excipis, & Dominæ niveis à vultibus obſtas.

Et paulò poſt:

Quamvis Auſoniis multum Gener ille petitus
Matribus, edomui victum, Dominæq; potentis
Ferre jugum, & longos juſſi ſperare per annos.

Et alibi:

Dulcia cum Dominæ dexter connubia vultus
Annuit.

Similiter Ovidius *lib.* 3. Triſtium.

Nunciet huc aliquis, Dominam veniſſe, reſurgam.

Et mox: *Nec domina lachrumis in noſtra cadentibus ora*

Accedent animæ tempora parva meæ.

Quibus in locis Ovidius Mulieres appellat Dominas: quemadmodum & in Epiſtola Laodamiæ ad Proteſilaum:

Cauſſa tua eſt diſpar: Tu tantum vivere pugna,

Inq; pios Dominæ poſſe redire ſinus.

Tale eſt illud Juvenalis:

Ferre potes Dominam, ſalvis tot reſtibus, ullam?

Et illud Martialis:

Hærebit Dominæ vir comes ipſe ſuæ.

Et lib. 12. *Uxor cum tibi ſit puella, qualem*

Votis vix petat improbus maritus,

Dives, nobilis, erudita, caſta,

Rumpis, Baſſe, latus, ſed in comatis,

Uxoris tibi dote quos paraſti.

Et ſic ad Dominam reverſa languet

Multis mentula millibus redemta.

Multas alias auctoritates & exempla, rei huic convenientia omitto, curioſos lectores ad

eos remittens Auctores, qui pluribus hoc ſunt exſequuti, atq; illos etiam reprehenderunt, qui uxores ſuas Dominas appellarunt. vel ideò fortaſſis, quòd paribus ſeſe non conjunxerunt.

Par pari jungitor Conjunx. quod impar eſt, diſſidet.

Atq; hujus opinionis etiam Solon & Chilon fuêre. Et Euripides dixit:

Nolim ex potentioribus me ducere uxorem.

Sic Dejamira Herculi dicebat apud Ovidium:

Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Ipſa etiam Natura docet, quòd omnia ſimilia pariter ſe amplectantur. Et Æqualitas (dicit Boetius *lib. 1. Muſic. cap. 1.*) eſt mater concordiæ atq; Amicitiæ. Inæqualitas contrà odium generat. Unde Salomon *13. Eccleſ.* Omne ſimile gaudet ſuo ſimili. Idemq; inferre voluit Theocritus *Idyl. 9.* cum ita canit:

Formica formica placere, cicada cicadæ,
Accipitri ſolet accipiter.

Id quod & à Gregorio Nazianzeno ſignificatum fuit *in documentis Virginum*. Et Plato *lib. 6. de Legib.* ſcripſit: Singuli ſemper ad ſibi ſimillimũ naturâ feruntur. Et alibi: Amicũ quidẽ vocamus ſimile ſibi, quo ad virtutem;

& æquale ſibi. Et Ariſtoteles *1. Ethicor. cap. 11.* Quoniam quod, ſecundum naturam eſt, jucundum eſt, omniaque genere inter ſe conjuncta, ſecundum naturam conjuncta ſunt. Idcircò ut plurimum quæ ſimilia ſunt ac genere conjuncta, jucunda ſunt: ut homo homini, Equus equo, adoleſcens adoleſcenti. Hinc Cicero: *Pares cum paribus, ut eſt in veteri proverbio, facillimè congregantur.* Quid plura? Nonne videmus, ipſa etiam animalia rationis expertia paſci & ſuſtentari iis nutrimentis, quæ talia ſunt potentia, qualia ſunt actu? Galenus hoc certè hiſce verbis innuit: Omne animal conveniente ſibi alimento nutritur. Et *lib. 6. de ſanitate tuenda:* Apta ſunt humidis quidem humida, & ſiccis ſicca. Nutritio enim fit cum qui nutrit cibus, corpori, quod alit, aſſimilatur. Idq; & Albertus Magnus *lib. 7. de Animal. cap.* 2. his verbis confirmat: Omnis natura deſiderat ſimile ſibi: niſi ſit omninò deſtituta & deducta in inæqualitatem & dyſcratiam, tunc enim deſiderat contrarium, ſicuti febricitans febre calida & ſicca, deſiderat frigidum & humidum: non quidem ut illo nutriatur: ſed potius ut contrarii paſſionem facientis reducatur & reprimatur exceſſus. Idemq; & Theophraſtus *lib. 1. de cauſſ. plantar. cap. 25.* affirmat. Econtrà, quis non videt, quãta cum difficultate diſſimilitudini & contrarietati

Lib. 8. de Temper.

rietati

rietati inter ſe conveniat? Indocti odio habent literatos: Epicureus Stoicum: Philoſophus Jureconſultum: Poëta Theologum, & deniq; vitioſus virtute præditum: Cain Abelum: Romulus Remum. Unde Lucanus.

Fraterno primi madu erunt ſanguine muri.

Quicunq; igitur Martimonium contrahere ſibi habuerit propoſitum: inprimis curet, ut inter ſe & eam, quam conſortem habiturus eſt, ſimilitudo & æqualitas intercedat: ſiquidem mutuam concordiam Vnionem & pacem deſiderat. Sin minus: præſtò erit Diſcordia, odia inteſtina, & conſequenter utriuſq; ruina & interitus.

Quod vero debitum illud attinet, quo Maritus uxori obſtrictus eſt ut eam pudicam aſſervet: debet ille, ſi quo defectu laboret futuræ ſuæ conſorti eum revelare, antequam ſibi hanc deſpondeat. Sic namque Cratetem illum Thebanum feciſſe legimus: qui Hyparchiam adoleſcentulam, Philoſophiæ ſtudio magis, quam mundanis voluptatibus deditam, ac nupturientē ſibi, defectuum ſuorum certiorem reddidit, quod ſcilicet gibboſus eſſet & Pauper. Ideoq; Penulâ humeris, ubi gibbus erat, detractâ, & una cum pera ac baculo in terram poſitâ, ſuas

Maritandus debet defectum ſuum futuræ conſortu revelare.

Hyparchia Cratetis Philoſopi uxor vidit Mariti vitia antequam ei deſpondereiur.

dixit haſce divitias, ſuam itidem formam eſſe. Secum itaq;, priuſquam deſponderetur, benè expenderet: ne quid eſſet poſthac, ipſam quod pœniteret. Verùm ipſa, & jam diu ſe hæc conſideraſſe, & ſcire reſpondit, tantam ejus virtutem eſſe, ut nec ditiorem, nec formoſiorem invenire poſſit maritum. Sed non omnes felicitate iſta gaudent, ut prius de Maritorum ſtatu & vitiis informentur, quemadmodum Hyparchia, & Livia Ocellina: cui Galbæ pater vitium corporis ſecretò poſitâ veſte detexit, ne quaſi ignaram fallere videretur, ut Suetonius Tranquillus refert. Et ſanè, quilibet honori deditus idem debebat facere: ne excellentiæ & magnitudini animi ſui maculam inurat: cum nequaquam ei conveniat alium decipere, multò verò minus eam, quam matrimonio ſibi juncturus, & cum qua victurus eſt, uſq; dum mors vitæ penſum ipſi abruperit. Alioquin fieri poſſit, ut hæc eum poſteà perpetuò odio ſit proſequutura, cōtemtura, contortis oculis intuitura, atq; inſuper etiam inſidias ei ſtructura, quomodo eum (prout multæ faciunt) ante tempus ex oculis poſſit tollere.

Maritus debet amare uxorem.

Debet quoq; maritus præ rebus omnibus amare conjugem, ſi ab illa viciſſim amari velit.

ri velit. Mutuus verò amor ille perſeverantiâ acquiritur. Amor enim pectori alicujus, benè infixus tantam virtutem atque vim habet, ut amatæ perſonæ cor, quantumcunque etiam aliô converſum, tamen ad ſe pertrahat. Hinc Paulus ad Epheſios *cap. 5. Viri diligite uxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam. Qui uxorem ſuam diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim carnem ſuam unquam odio habuit, ſed nutrit & fovet eam.* quibus ſignificat, Virum & Mulierem, quantumvis duo ſint corpora, duæq; carnes adeò diſtinctæ ut Philoſophi ſpecificam inde differentiam, quamvis accidentalem conſtituant; nihilominus tamen, ſi per matrimonium conjungantur, unam fieri carnem, propter unius atq; alterius communionem. Et ideò Maritus amare debet uxorem non minus, quàm carnem ſuam. Nec verò Mariti ille amor ſolùm ex concupiſcentia proficiſci debet, qui *Concubinariorum* amor eſt: Sed honeſtus ſit oportet, ſanctus & immaculatus. Sic enim *honorabile connubium & thorus immaculatus* dicitur Apoſtolo. Qui quidem Maritalis amor erga uxorem in Regione noſtra videtur à multis abeſſe; prædominante in illis furore libidinis. Et nec poteſt in eis eſſe amor ille, tanto ſacramento conveniens,

cum

cum nulla ſit in eis fides. Multi namque audent in ipſo Vxoris conſpectu, atq; in iiſdem ædibus concubinam alere, atq; in illius deſpectum Dominam eam domus conſtituere. Sed certi ſint, licentioſum illum amorem, quantumcumq; etiam voluptatis inde percipiant, inſidiis eſſe expoſitum: undè ſemper damnum, pudor, & infamia proveniunt. Hinc compertum eſt, Smyrnæ apud Jonios, Nemeſin Deam cum alis, inſtar Cupidinis fuiſſe depictam: eo quod DEA illa continuam pœnitentiam & tædium eorum cordi, qui malè agunt, ingerens, ſemper præſtò ſit laſcivis & inhoneſtis amoribus, & volatu ſuo non ſecus atq; amoris ille DEus, ubivis locorum eos perſequatur. At ex maritali & honeſto illo amore omnis honor, omne gaudium & bonum debet ſperari. Jnter omnia gravia illa præcepta, quæ Thobias dedit filio, non poſtremum obtinuit locum, quod nullum cum muliere aliqua habere commercium, & nullam cognoſcere deberet fœminam, præterquam propriam uxorem. *Præter uxorem tuam*, inquit, *ne patiaris crimen ſcire.* Ideò Seveca ad Lucilium ſcripſit: *Si vis animari, ama.* Et antiquiſſimum illud Proverbium ita habet: *Fas eſt amantem redamari.* Ex quo concluditur, quòd ſi maritus ab uxore amari deſideret, ipſemet

Amor laſcivus cauſa eſt omnis mali.

Nemeſis pœnitētiæ DEA quare alata.

eam

eam itidem amare debeat; exemplo ſapientis illius Vlyſſis, qui ad uxorem ſuam redire, & ſervata maritali fide, mori cum ea maluit, quàm cum Nymphis & Deabus vitam immortalem & feliciſſimam vivere. Sic enim Sabinus in Epiſtola Vlyſſis ad Penelopen: *Vlyſſes pluris amavit Vxorem, quàm immortalitatem.*

Quaq; mihi Circe, quæ ſit mihi cauſſa Calypſo,
Jamdudum ignoto ſolicitare metu.
Vtraq; ſe nobis mortalia demere fila
Spondebat, Stygias utraq; poſſe vias.
Te tamen hac etiam ſpreta mercede petivi,
Paſſurus terrâ tot mala, totq; mari.

Et Tzezes Hiſtoricus *libr. 6. Chiliad. cap. 77.* Vlyſſem, dicit Homerus in Odyſſea, Calypſo immortalem cum policeretur illum facere, ſi unà degere cum ipſa atq; convivere vellet; nullo pacto voluiſſe quidem, ſed mori maluiſſe, videntem ſolum etiam fumum ſuæ patriæ. Sic quilibet maritus uxorem ſuam amet, ſi ab ipſa quoq; mutuò amari cupiat: inprimis verò impudicas fœminas procul ab ædibus exſulare jubeat: quippe cum hæ non malo tantum exemplo noceant, ſed & ſæpenumerò colloquio & commendatione ſua Vxorum honeſtatem in periculum trahant. Impudicæ namq; Mulieres quanto opere poſſunt maximo, omnes alias ſui red-

dere ſimiles ſatagunt. Unde Philto apud Plautum ita hortatur Lyſitelen.

——per pietatem, nolo ego cum improbis te
Gnate mi, neq; in via, neq; in foro, ullum ſermonem exequi:
Novi ego hoc ſeculum moribus quibus ſit: malus bonum malum
Eſſe vult: ut ſit ſui ſimilis.

Et Hermione apud Euripidem in Andromache:

Malarum fœminarum introitus me perdiderunt,
Quæ mihi loquentes, hos blandè perſuaſerunt ſermones.

Et paulò poſt:

Sed nunquam, nunquam (non enim ſemel dicam)
Oportet ſapientes, quibus eſt uxor,
Ad uxorem in domibus accedere ſinere
Mulieres: ipſæ enim præceptores ſunt malorum.
Illa quidem aliquid lucrifaciens corrumpit matrimonium:
Alia peccans, ut peccet cum ea cupit.
Multæ autem ex ſtulticia. Hincq; domus
Virorum malè habent. Adverſus hæc igitur benè munite
Seris & peſſulis ædium fores.

Sani

Sani enim nihil introitus externi
Mulierum efficiunt ſed multa & mala.
Cui non abſimile eſt, quod Cato Cenſorinus *lib. de Re Ruſtica* his verbis ſcriptum reliquit: *Vicinis aliiſq; mulieribus quàm minimum utatur, neve ad eas domũ eat, neve ad ſeſe recipiat, ad cœnam, neq; eat, neq; ambulatrix ſiet.* & quæ ſequuntur. Vt rectè inde colligatur: Improbarũ converſationem etiã alias inficere. *Cum bonis ambula*, dicebat Cato, relatus ab Accurſio *in l. ædiles. la. 1. §. Pedius ait. verb, conſervorũ. ff. de ædilit. edict.* Et David ait: Cum ſancto ſanctus eris, & cũ viro innocente innocens eris. Et in ꝓverbiis conſignatum exſtat: Qui cum ſapientib, graditur, Sapiens erit, amicus ſtultorum ſimilis eis efficietur. Vnde Philo Judæus de Hebræis differens ait: In civitatibus non habitant, exiſtimantes, ut contagionem aeris corporibus, Sic converſationes animo nocere. Atque idem Philo *libro de Providentia*: Non facile evadere ſcribit, qui degit in regione peſtifera. Ac veluti cum magna vis pluviæ deſcendit, niſi ſub tecto ſis, neceſſe eſt, etiamſi ſapiens ſis, imbrem perferre; cumque frigidiſſimus Boreas perflat, frigore premi, & æſtatis ardore calefieri: eodem modo ſi cum injuſtis vitam agis, neceſſe eſt multa mala inde perpeti. Sed & Euſebius Cæſarienſis *li. 6. præparat:*

Evangel. cap' 5. dicit: Solet converſatio prava nocere, ſicut è contrario bona prodeſſe, Et Plutarchus *de Educat: Liberor.* Si juxta claudum habitaveris, diſces & tu ſubclaudicare. Quo ſenſu & Pindari interpres dixit:

Claudo vel uni ſi propinquus fueris,
Diſces & ipſe claudicare protinus.

Prudens itaque Maritus procul à domo ſua inpudicas fœminas habeat. Minus honeſtã n. ſocietas maximũ indicium eſt amini infelicis, & vitæ improbioris: cum Naturæ quaſi Lex quædam ſit, ut quilibet ſui ſimili gaudeat.' Et, *Morbida ſæpè pecus totum corrumpit ovile.* Atq; hæc quidem pro prima admonitione ſufficiant. Quantum verò ad alteram: abſtrahat quoq; Maritus Uxorem ab inpudicorum virorum converſatione, qui pudicitiæ illius inſidiantur. Nihil enim omittent, quo eam à recta via poſſint abducere. Nam ut Lucretius inquit:

Maritus Uxorem ab hominum laſciviorum converſatione abſtrahat.

——conſuetudo concinnat amorem.

& Cicero in oratione *pro Lælio*: Auxit conſuetudo benevolentiam. Inde Apulejus *libr. 6. de Aſino aureo* refert: Jamq; fores ejus dominæ proximanti occurrit una de famulatione Veneris, nomine Conſuetudo. Et Silemium aqud Plautum, inquit, Alceſimarchum in amicitiam ſuam inſinuaſſe ſe blãditiis, muneribus, donis & conſuetudine.

Atq;

Atq; eò alluſit tex. *in C. Veniens, De eo qui cognov. conſang. uxor. ſuæ*, his verbis: Deindè ex converſatione diutina ſorori puellæ ſe conjunxit. Nec poſſum hoc loco non admonere maritos, ut etiam atq; etiam videant, ne & amicis quandoque nimium fidant. Idipſum enim conquerebatur Ovidius *lib. 1.* de Arte:

Maritus ſuſpectam habeat amicorum familiaritatem.

Conquerar? an taceam? mixtum fas eſſe nefasq;
Nomen amicitiæ, nomen inane fides.
Heu mihi non tutum eſt, quod amas, laudare ſodali:
Cum tibi laudanti credidit ille, ſubit.

Et paulò poſt addit:

At non Actorides lectum temeravit Achillis:
Quantum ad Pirithoum, Phædra pudica fuit.
Hermionem Pylades, ut Pallada Phoebus amavit,
Quodq; tibi geminus Tyndari, Caſtor erat,
Si quis idem ſperat, laturas poma myricas
Speret, & è medio flumine mella petat.
Nil niſi turpe juvat: cura eſt ſua cuiq; voluptas.
Hæc quoq; ab alterius grata dolore venit.
Heu facinus! non eſt hoſtis metuendus amanti.

Quos credis fidos, effuge; tutus eris.
Cognatum, fratremq́ cave, fidumq́ ſodalem:
Præbebit veros hæc tibi turba metus.

Elegiat. lib. 2.

Et Propertius ad Lynceum poëtam ita ſcripſit:

Cur quiſquam faciem Dominæ jam credat amico?
Sic erepta mihi penè puella fuit.
Expertus dico, Nemo eſt in amore fidelis.
Formoſam raro non ſibi quiſq́, petit.
Polluit ille DEUS *cognatos, ſolvit amicos:*
Et benè concordes triſtia ad arma vocat.
Hoſpes in hoſpitum Menelao venit adulter:
Colchis & ignotum nonne ſecuta virum eſt?

Maritus arceat uxorem à colloquiis laſcivis.

Et cui ignota eſt illa Jeremiæ ſententia? *Moechati ſunt in uxores amicorum ſuorum.* Prohibeat quoque Maritus uxorem ea converſatione, in qua colloquia minus honeſta intercedunt. hæc enim libidinem provocant, juxta illud Menandri, etiam à D. Paulo uſurpatum *ad Corinth. 1.* Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Id quòd Pontanus quoque optimè expreſſit his verſibus.

Cor-

Corrumpunt mala dicta animum, moreſque verendos:
In veros ſenſus ſæpè abiere Joci.
Laſcivos igitur ſenſus, laſcivaq́ verba
Pignoribus noſtris ritè cavenda vide.

Et Baptiſta Montanus contra Laſcivos ſcribens, ita canit:

Verba movent animos, oris laſcivia pectus
Pulſat, & in venas ſemina mortis agit.

Quibus omnibus planè conforme eſt, quod Ariſtoteles *libro ſeptimo Politicor. cap. 17.* dixit, è civitate omnia verba obſcœna eſſe exterminanda. Et Clemens Alexandrinus *libro ſecundo Pædagog. capite decimo.* eodem ſenſu ſcripſit: Impudicorum verborum, & turpium figurarum, meretriciorumque oſculorum, & hujuſmodi laſciviarum nomina ne ſunt quidem memoria tenenda, beatum ſequentibus Apoſtolum, qui apertè dicit *ad Epheſios. capite quinto. Fornicatio & omnis obſcœnitas ne nominetur quidem apud vos, ſicut decet ſanctos.* Cui & Antonius Monachus Meliſſæus *tomo. 1. cap. 14.* aſſentiens: Fomentũ libidinis, inquit, ſermo amatorius, ſive laſcivus eſt, Et D. Hieronymus

in quadam ad Demetriadem epiſtola ſcribit: *Nunquam verbum inhoneſtum audias: aut ſi audieris, iraſcaris. Perdita mentis homines vano frequenter leviq; ſermone tentant clauſtra pudicitiæ.* Romulus quoq; legibus ſuis cavit, ut quicunque in præſentia mulierum ſermone uſus fuiſſet laſcivo, & turpi; non ſecus ac homicida puniretur.

Item à picturis laſcivis. Curet etiam Maritus uxorem ab adſpectu & contemplatione picturarum minus honeſtarum detinere, Hæ enim non minus quàm laſcivi ſermones libidinem excitant. Exemplo nobis eſt ſatis claro Terentianus ille adoleſcens Chærea: qui tabula illa conſpectâ, in qua Jovis & Danaes depictus erat concubitus, incredibili libidine exarſit.

Virgo in conclavi ſedet,
Spectans tabulam quandam, ubi inerat pictura hæc, Jovem
Quo pacto Danaæ miſiſſe ajunt quondam in gremium imbrem aureum.
Egomet quoq; id ſpectare cœpi: & quia conſimilem luſerat
Iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi,
Deum ſeſe in hominem convertiſſe, atq; per alienas tegulas
Veniſſe clanculum per impluvium, fucum factum mulieri.

Ego

Ego homuncio hoc non facerem? ego illud
verò ita feci lubens.

Propertius *lib. 2. Elegiar.* impudicitiæ originem picturis obſcœnis attribuit: quandoquidem has intuentes in libidinis cogitationem ruant. Sic enim ait:

Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas,
Et poſuit caſta turpia viſa domo,
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
Nequitiæq; ſuæ noluit eſſe rudes.

Idcircò Ariſtoteles *lib. 7. Politic. cap. 17.* Cum prohibuerimus, inquit, de rebus dicere obſcœnis: manifeſtum eſt, prohibuiſſe etiam intuendas proponere picturas, & ſpectacula inhoneſta. Summo itaq; ſtudio curet Magiſtratus, ut in civitate nec ſtatua ſit, nec pictura, obſcœnum quid repræſentans. Exceptis tamen, ut ironicè addit, certis quibuſdam Diis, quibus lex inhoneſtè agere concedit.

Similiter curabit Maritus, ut & à ludis, impudicis præſertim, uxor abſtrahatur. Quam in rem Ovidius *1. de arte:* *à ludis impudicis.*

Sed tu præcipuè curvis venare theatris:
Hæc loca ſunt voto fertiliora tuo.

Et paulò poſt:

Spectatũ veniunt, veniunt ſpectetur ut ipſæ.
Ille locus caſti damna pudoris habet.

Nec multò poſt:

Nec te nobilium fugiat certamen equorum,
Multa capax populi commoda Circus habet.

Et lib. 2. de Triſtibus.

——Ludi quoq; ſemina præbent
Nequitiæ.

Et lib. 2. de Remed. Amor.

At tanti tibi ſit non indulgere theatris,
Dum benè de vacuo pectore cedat Amor.
Enervant animos cithara, cantusq; Lyraq;,
Et vox, & numeris brachia mota ſuis.
Illic aſſidue ficti cantantur amantes,
Quid caveas, Actor, quid juvet, arte docet.

Quibus Propertius ſubſcripſit Elegia. 2.

Illic te multi poterunt corrumpere ludi.

Et Juvenalis *Satyr. 6.*

Chironomum Ledam molli ſaltante Batyllo
Tuccia veſicæ non imperat: Appula gannit,
Sicut in amplexu.

Et Pontanus in libro de liberis educandis.

Penelope nunquam, nunquam Lucretia vidit,
Hiſtrio dum molli ſcenica voce canit.

Mulie-

Mulieres nempè laſcivè ſaltantes in viris fomentum accendunt libidinis. Hinc Juvenalis *Satyr. 11.* *Mulieres ſaltantes libidinem accendunt.*

Forſitam expectas, ut Gaditana canoro
Incipiat prurire choro, plauſuq; probata
Ad terram tremulo deſcendant clune puellæ,
Irritamentum Veneris languentis——

Propterea interdictum fuit apud Græcos Mulieribus ludos ſpectare Olympios, ut Statii interpres affirmat *1. Thebaid.* Cui etjam Valerius Maximus aſſentitur *lib. 8. cap. 16.* Et Plutarchus *Problemat. cap. 13.* refert, Sempronium uxorem ſuam repudiaſſe, quòd vel ſemel tantum ludis interfuiſſet funeralibus. Id quod & Valerius Maximus recenſet *lib. 6. cap. 3.*

Porrò non tantum à ludis, ſed & locis publicis, in quibus ad confabulandum frequenter viri fœminæq; congregari ſolent, Vxores ſunt arcendæ: ſicuti Romæ fuiſſe legimus Porticum Liviam & Pompejam. Qua de re Ovidius 1. de Arte ita diſſerit: *Vxoribus etiam loca publica vitanda.*

Tu modò Pompejâ lentus ſpatiare ſub umbra,
Cum Sol Herculei ſigna Leonis adit.
Nec tibi vitetur, quæ Græcis ſparſa tabellis
Porticus, authoris Livia nomen habet.

Id quod Juvenalis venuſtè expreſſit his verſibus:

Porticibus ve tibi monſtratur fœmina voto
Digna tuo? cuneis an habent ſpectacula totis
Quod ſecurus ames, quodq́ inde excerpere poſſis
Chironomon Ledam, molli ſaltante Batyllo
Tuccia veſicæ non imperat: Appula gannit,
Sicut in ampexu, ſubitum & miſerabile.

Et libri laſcivi. Abſtineant etiam à librorum laſcivorum lectione: quippe qui ad impudicitiam pungentiſſimum præbent ſtimulum. Hinc Virgilius:

Si proba vita tibi, laſcivaq́ pagina multos
Efficit inceſtus, in Veneremq́ trahit.

Sed ante hunc ita cecinerat Ovidius:

Eloquar invitus, teneros ne tange Poëtas:
Summoveo dotes improbus ipſe meas.
Callimachum fugito, non eſt inimicus amori.
Et cum Callimacho, tu quoq́, Coë, noces.
Me certè Sappho meliorem fecit amicæ:
Nec regidos mores Teja Muſa dedit.
Carmina quis potuit tutò legiſſe Tibulli?
Vel tua, cujus opus Cynthia ſola fuit?

Quis

Quis potuit lecto durus diſcedere Gallo?
Et mea neſcio quid carmina tale ſonant.

Sapienter itaq; Lacedæmonii, qui benè conſtitutam habebant Remp. publico edicto, ſanxerunt, ut à civitate proſcripti eſſent Archilochi Poëtæ libri, utpotè obſcœni & laſcivi, prout refert Valerius Maximus. Idque ideò: ne animi puri, & ab omni deformitate mundi illis contaminarentur. Ideò à multis dictum, non eſſe legendos poëtarum libros, qui ut plurimum DEORUM adulteriis pleni ſint. Inter quos etiam exſtat S. Baſilii liber *de legendis libris Gentilium*. Hinc Priapus apud Virgilium Matronas ita alloquitur: *Lacedæmonii*

Mulieres procul hinc abite caſtæ,
Turpè eſt, vos legere inpudica verba.

Non debent quoq; Mariti uxoribus permittere, ut clam noctu ad loca accedant ſuſpecta. Id enim valdè periculoſum eſt. Sic enim memini me legere, Clodium Romanum in templum Deæ Bonæ ſecretò & noctu fuiſſe introductum, atque ita inhoneſtum cum Pompeja Cæſaris uxore habuiſſe commercium. Idcirco Euripides in Bachis ſcripſit: *Maritus non permittat Uxori acceſſum ad loca ſuſpecta.*

Hæc verò ſacra noctu, an interdiu celebras!
Noctu plerunq; reverentiam habent tenebræ.
Iſtud erga mulieres doloſum eſt, & vitioſum.

Sic Dionyſius Halicarnaſſæus *lib. 2. Antiquitat: Roman.* ſcribit, Romulum legibus ſuis damnaſſe pervigilationes in templis, virorum cum fœminis, & bachanalia, & cœtus clancularios, occultave myſteria. Et quidem XII. tabull. lex ita habebat: *Nocturna mulierum ſacrificia ne ſunto.* Quo loco M. Tullius oſtendit, talia ſacrificia admodum eſſe ſuſpecta.

Vxor ſobriè vivat?

Curet etiam Maritus, ut uxor vivat ſobriè: Vini enim & cibi ſacietas ſunt vera libidinis irritamenta. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. *S. Paulus ad Epheſios.5.* Et Salomo: *Luxurioſa res eſt vinum.* Et Johannes Chriſoſtomus: *Omnis mulier, quæ vinolenta commeſſatrix eſt, eadem quoque meretrix eſt.* Quo reſpectu Ariſtophanes ab Athenæo relatus *libro decimo. Dipnoſoph. cap.15.* Vinum appellavit lac Veneris. Sic quantum ad cibum: legitur *in* §. *1. diſtinct. 44.* quod ventris ingluvies ad luxuriam facile provocat. Ubi S. Hieronymus ait: *Venter & genitalia ſibimetipſis vicina ſunt: ut ex vicinitate membrorum confœderatio intelligatur vitiorum.* Et apud Ezechielem *cap. 16. legitur.* Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ; Superbia, ſaturitas panis, & cætera. Unde Apulejus *libro quinto de Aſino aur.* Sobrietatem Veneris inimicam nominat. Et D. Hie-

Hieronymus; Diſtento ventre, inquit, diſtenduntur ea, quæ ventri adhærent. Et verſiculus ille Græcus ſic habet:

Mortua res Venus, ſine Bacho & Cerere.

Et ille apud Athenæum *libr. 6. Dinoſoph:* ait;

Nam ventri inani non ineſt formarum amor.

Amara his Venu eſt, dira quos premit fames.

Et mox addit:

Saturo Venus adeſt: famelico nunquam adeſt.

Idemq; Athenæus, eodem ſenſu ſequens recenſet diſtichon:

Saturis Venus eſt, Cæterum infelicibus
Miſeriſq; nulla adeſt Venus mortalibus.

Fugiat etiam Mulier ciborum eſum libidinem provocantium. Quam in rem multa ſcripſerunt Ovidius, Martialis, Plinius, Gallenus & alii. Avertat quoq; Maritus uxorem ab otio & adſpectu atq; auditione earum rerum, quæ animum cæteroquin bonum mutare poſſint atq; corumpere. Eſt enim otium potentiſſimum ad vanitatem ei perſuadendam, & ſubmergendam eam in laſcivia: quam illud inſtar veri patris progenerat. Unde Cato; aut quicunq; ſanè fuerit, dixit:

Ab eſu ciborum libidinẽ provocantiũ abſtineat.

Itemq; ab otio.

——diuturna quies vitiis alimenta miniſtrat.

Et Ovidius de Remed, amor. appoſitè ſcripſit:

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus.
Contemtaq; iacent & ſine luce faces.
Quàm platanus rivo gaudet, quàm populus unda,
Et quàm limoſa canna paluſtris humo:
Tam Venus otia amat.——

Hinc Lucianus in Dialogo quodam quærens, cur Pallas, quam Poëtæ Sapientiæ Deam finxerunt, non percuſſa fuerit telis Amoris? ſatis urbanè eam defendendo reſpondit: ideò hoc factum, quòd nunquam ab eo reperta fuerit ocioſa, ſed ſemper honeſta aliqua in re occupata: innuens ſcilicet, Ocium haud dubiè omnium malorum cauſam eſſe.

à peregrinatione. Sed nec peregrinando Maritus ſecum ducat Uxorem: ne hac occaſione vagabunda evadat, & impudica. Quod ſi aliàs quoq; talis ea ſit: de commodo & ſalutari aliquo remedio cogitet, quo viliſſimæ huic improbitati prudenter obſiſtat. Et nihil quicquam propterea ſe affligat aut excruciet; ſed certò perſuaſum habeat, ſi ex ſua parte omnem dederit operam, ne uxor verſus ipſum perfidiam exerceat, non ideò male ſe auditurum

apud

apud ſapientes, aut nomen ſuum ab illis ſuggillandum fore: quandoquidem etiam multi clariſſimi viri eandem fortunæ aleam ſubire fuerunt coacti. Erant certè manifeſta Fauſtinæ adulteria: & tamen M. Aurelius Pius, ſapiens Philoſophus, ea diſſimulabat, atq; eo ipſo demonſtrabat, quomodo vir ſapiens etiam in gravioribus & maximè abominandis Uxoris vitiis patientiam ſuam poſſit exhibere, non ad verbera ruens, nec aliam furoris inſaniam. Nec deſunt infinita alia maritorum exempla, qui uxores, quantumvis adulteras, tantum abeſt ut occiderint, ut etiam ne verbera quidem eis fuerint minitati. Pompejo uxor fuit adultera Martia: Julio Cæſari, Pompeja: quæ maritalem fidem cum Senatore Clodio violavit. Lucullus Serviliam habuit impudicam fœminam: M. Tullius Terentiam: quæ parum de honeſtate ſua fuit ſolicita. Sed & alii ab uxoribus manifeſtè fuerunt offenſi. Cęterum quę ipſorum fuit ſapientia, noluerunt ob domeſticam iſtam laſciviam ſtulteſcere, atq; minus prudentes ſe demonſtrare in tolerando eo, quod magnitudini animi ipſorum conveniebat: & ut paucis dicam, noluerunt mundum querelis implere, familiam planctu, affinitates infamiâ; aut verò, quod multis in uſu eſt, manus ſanguine inquinare.

Vxor non relinquenda propter aliam.

Illud verò pro Lege inviolabili obſervet Maritus, ne uxorem ſuam propter aliam relinquat: niſi Dei odium & pœnam velit incurrere: qui cœleſti ſua manu caſtigaturum ſe minatur omnes fornicarios & adulteros. *Hæc dicit Dominus DEUS, inquit Ezechiel, feciſtis abominationes: unuſquiſque uxorem proximi ſui polluit. Idcircò, qui in præſidiis ſunt, peſte morientur.* Caveat etiam ne uxor qualem qualem ejus rei noticiam, imò ne minimam quidem ſuſpicionem habeat: alioquin in periculoſum detrudetur Labyrinthum. Neque enim aper à canibus impetitus; nec Leo fame ſtimulatus; nec Tigris cui ſoboles ſubrepta; nec vipera, cui cauda eſt amputata, tam terribiliter ſævit, quàm fœmina eo, quem dixi modo offenſa. Fœmina enim injuria illa affecta, ad inſaniam redigitur. Et væ marito illi, cujus uxor ex indignatione adultera evadit. Præter enim infamiam, fraternitatem cum ea ineunt Amor inhoneſtus & Veneficium: quorum alterum rarò eſſe ſolet abſq; altero. Honor eſt perditus. Rerum & facultatum non habet curam: Vita periclitatur. Lotharius Ludovici Quarti F. Rex Franciæ, & Ludovicus Quintus ab adulteris conjugibus veneno fuerunt exſtincti. Roſemunda Alboini Longobardorum Regis primùm, poſteà Elimingenis Ravennæ prin-

principis uxor, utrumque Maritum toxico ſuſtulit, ut inhoneſtè vivere poſſet liberius. Ariadna vindictæ cupiditate Zenonem Iſaurium Imperatorem terra viuum obruit. Talem ſe igitur Maritus uxori exhibeat, qualem ipſam adverſus ſe deſiderat. *Quales volumus* (ſcripſit Auguſtinus) *uxores noſtras invenire, tales & ipſæ nos inveniant: & ſi intactam quærimus, intacti ſimus; ſi puram, puri.* Et Lactantius Firmianus: Exemplo continentiæ docenda uxor, ut ſe caſtè gerat. Iniquum eſt enim, ut id exigas, quod ipſe præſtare non poſſis. Cautus itaq; ſit maritus, ne apud alias Mulieres carnales ſectetur voluptates; ſuæ verò illis interdicat. Non ſecus enim hic facit ac ille, qui in hoſtes incidens num manus conſerendæ ſint, quærit. Et ſi vitium, libido, & alii affectus Marito dominantur; quomodo ea ab Vxore, quæ vitiis ejuſmodi dedito Marito copulata eſt, poterunt abdicari? Ob id fatuus æſtimatus fuit Plautianus, qui etſi cum impudicis Mulieribus & pueris continuò converſabatur; Vxorem tamen ſuam à nemine atque adeò ne ab Imperatore quidem vel Imperatrice conſpici volebat. Sed fieri non poteſt, quin ille, qui Molitorem farina adſperſum tangit, pannos ſuos itidem inquinet. Ideoque in pluribus Mundi partibus Leges erant ſancitæ, quæ

ob mulierum adulteria ipſos puniebant Maritos, tanquam mali iſtius cauſam. Et memini me legere, moribus apud Pariſienſes receptum fuiſſe, ut adulteræ uxoris Maritus (qui patria alingua *Cocuto* dicebatur) aſino retrorſum imponeretur caudam pro freno manu tenens: uxore aſinum illum per loca publica ducente, & præcone cum tubis ac tympanis acclamante: *Qui ſic faciet, ſic accipiet.* Sed & Cato Cenſorinus dicebat, puniendum ob id delictum eſſe Maritum, uxorem verò abſolvendam, utpotè levitate ſua excuſatam. Omninò ſeipſum primò Maritus corrigat, atq; ita exemplo ſuo prudenter uxori præeat: ſitq; ipſemet ab adulterii crimine immunis, ſi eam adulteram eſſe nolit.

Maritus ſua primum vitia corrigat.

Tum quoque tentanda eſt, cum pellice læſa dolebit:
Tunc facies, operâ ne ſit inulta tuâ,

hortatur Ovidius, & exemplum proponit Clytemneſtræ, quæ tamdiu quidem caſta fuit, quàmdiu & Agamemnon eâ ſolâ fuit contentus. At cum ille Briſeidis amore exarſit, tum ea non ſolùm turpiſſimis cum Ægiſtho voluptatibus ſe implicuit, verùm etiam virum per inſidias interfecit:

Dum fuit Atrides una contentus, & illa
Caſta fuit: vitio eſt improba facta viri.

qua-

quapropter etiam ob fruſtratam mariti fidem ea ab Homero notatur *lib.1. Iliad.*
Honoret quoque uxorem Maritus. Ab eo enim honorata maximoperè annitetur, debito eum viciſſim honore proſequi; juxta illud Pauli & Petri: *Viriſimiliter cohabitantes ſecundum conſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem.* Et D. Ambroſius *Epiſt. 82.* ſcripſit: Vir uxorem tanquam gubernator dirigat, tanquam conſortem vitæ honoret. Et Cynus *in l. ſi à ſponſo. C. de donat. ant. nupt.* hoc amplius addit: *Venerari uxorem debet vir.* Quod ſi maritus uxorem non honorans, ab ea tamen honorari deſideraret: rectè illi reponi poſſet, *Fruſtrà petit debitum, qui quod debet non impendit.* *Vxorem honoret.*

Concedat etiam uxori gubernationis ſuæ partem, alioquin facilè ad indignationem commoveri poterit, ſi quæ ſunt ſui muneris, ſibi nō relinqui viderit. Vir rebus forenſibus præſit; uxor domeſticis. Cui propoſito Xenophon convenienter; Mihi profectò Dii videntur omnia quidem ſapienter feciſſe: ſed hoc præſertim Conjugium, quod Mas & fœmina vocatur, primùm quidem, ne animantium genera deficerent: Deindè ut haberemus à quibus noſtra ſenectus aleretur. Cum mortalium vita non ut cæterorum animalium ſub dio, ſed ſub tecto ducatur: oportet *Vxori gubernationis ſuæ partem permittat.*

ſub dio procurare, quorum adminiculo futurorum hominum uſui ſub tecto conſulatur. Hujusmodi ſunt novalia, arbores, ſementes, paſcua. Ex his neceſſaria victui proveniunt, quibus in domum illatis cuſtodem adhibere opus eſt: qui maximè is fuerit, quem ſub tecto res agere decet. Tecto indigent, infantium nutritio, fructuum ſegetes, veſtiumque è lana contextus. Quoniam vero utraque hæc & extra & intra domum diligentiam expetunt: mihi videtur Deus naturam mulieris ad curam intus ſuſcipiendam in lucem protuliſſe, mollioreque corpore, ut intra parietes officium obiret. At viri corpus animumque frigora, æſtus, itinera, militiam facilè tolerare conſtituiſſe. Quapropter illi foris res agendas delegaſſe. Rurſus illas ob infantium curam maiore erga liberos charitate, tum ad cuſtodienda, quæ à Viris parta eſſent; metu vehementiore, qui rebus aſſervandis utilis foret, præditas eſſe voluit. Viro inſuper cui tueri extranea facta incumbit, ac oppugnāti reſiſtere, maiorem addidit audaciam; Memoriam verò ac tiligentiam parem, atque in medio poſuit, qua pro ſuo uterque officio tum dando tum accipiendo, uſurus eſſet, *Poſtea addit*: Deus item uxorem pulchriorem cōdidit, ut formam cūm pudicitia ſe domi continēdo tueretur. Virum toroſio-

toroſiorem, ut extra magis ageret, edidit. Si quis autem hujus ordines adverſus jerit, aut viri partes uxor, ſeu vir uxoris peregerit, ultorem ſe ſentiet habiturum Deum. Cum quo & Demoſthenes congruit, cum dixit: *Meretrices voluptatis cauſa habemus: concubinas autem famulitii cauſſa, & curæ quotidianæ coeporis; uxores verò, ut legitimos filios tollamus, & habeamus rei domeſticæ fidam cuſtodem.* Ideoque & Plato ſcripſit, Fœminæ virtutem eſſe, rectè gubernare domũ, & marito obedire. Et hoc ipſum quoq; ſenſit Panormitanus *in c. literas. Ex. de reſtit. ſpoliat.* & Gabriel Biel *4. ſentent. diſtinct. 17. q. 3. art. 3. dub.* 2. Nec tacuit de hoc Ariſtoteles, dicendo: Probam mulierem omnibus, quæ ſunt intus, dominari oportet. Et ſi quid intus accidat, ipſi notum ſit ſoli. Viro quidem indecens videtur ea ſcire, quæ inter ædes fiunt. In cæteris verò omnibus parère mulier viro contendat. Turpe eſt viro quicquam eorum, quæ domi ſunt, facere. Primò autem omnium id Hector dixerat ita uxorem allocutus apud Homerum:

Sed domum jens tui ipſius opera cura,
Telamq́, columq́, & ancillis jube
Opus adire: bellum autem viris curæ erit.

Sic Clytemneſtra apud Euripidem ita compellat maritum:

Sic Dionyſius Halicarnaſſæus *lib. 2. Antiquitat: Roman.* ſcribit, Romulum legibus ſuis damnaſſe pervigilationes in templis, virorum cum fœminis, & bachanalia, & cœtus clancularios, occultave myſteria. Et quidem XII. tabull. lex ita habebat: *Nocturna mulierum ſacrificia ne ſunto.* Quo loco M. Tullius oſtendit, talia ſacrificia admodum eſſe ſuſpecta.

Uxor ſobriè vivat? Curet etiam Maritus, ut uxor vivat ſobriè: Vini enim & cibi ſacietas ſunt vera libidinis irritamenta. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. *S. Paulus ad Epheſios. 5.* Et Salomo: *Luxurioſa res eſt vinum.* Et Johannes Chriſoſtomus: *Omnis mulier, quæ vinolenta commeſſatrix eſt, eadem quoque meretrix eſt.* Quo reſpectu Ariſtophanes ab Athenæo relatus *libro dreimo. Dipnoſoph. cap. 15.* Vinum appellavit lac Veneris. Sic quantum ad cibum: legitur *in §. 1. diſtinct. 44.* quod ventris ingluvies ad luxuriam facile provocat. Ubi S. Hieronymus ait: *Venter & genitalia ſibimetipſis vicina ſunt: ut ex vicinitate membrorum confœderatio intelligatur vitiorum.* Et apud Ezechielem *cap. 16. legitur.* Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ; Superbia, ſaturitas panis, & cætera. Unde Apulejus *libro quinto de Aſino aur.* Sobrietatem Veneris inimicam nominat. Et D.

Hie-

Hieronymus; Diſtento ventre, inquit, diſtenduntur ea, quæ ventri adhærent. Et verſiculus ille Græcus ſic habet:

Mortua res Venus, ſine Bacho & Cerere.

Et ille apud Athenæum *libr. 6. Dinoſoph:* ait;

Nam ventri inani non ineſt formarum amor.
Amara his Venu eſt, dira quos premit fames.

Et mox addit:

Saturo Venus adeſt: famelico nunquam adeſt.

Idemq; Athenæus, eodem ſenſu ſequens recenſet diſtichon:

Saturis Venus eſt, Cæterum infelicibus
Miſeriſq; nulla ad eſt Venus mortalibus.

Fugiat etiam Mulier ciborum eſum libidinem provocantium. Quam in rem multa ſcripſerunt Ovidius, Martialis, Plinius, Gallenus & alii. Avertat quoq; Maritus uxorem ab otio & adſpectu atq; auditione earum rerum, quæ animum cæteroquin bonum mutare poſſint atq; corumpere. Eſt enim otium potentiſſimum ad vanitatem ei perſuadendam, & ſubmergendam eam in laſcivia: quam illud inſtar veri patris progenerat. Unde Cato, aut quicunq; ſanè fuerit, dixit:

Ab eſu ciborum libidinẽ provocantiũ abſtineat.

Item ab otio.

——diuturna quies vitiis alimenta mini-
ſtrat.

Et Ovidius de Remed, amor. appoſitè ſcripſit:

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus.
Contemtaq; iacent & ſine luce faces.
Quàm platanus rivo gaudet, quàm populus
unda,
Et quàm limoſa canna paluſtris humo:
Tam Venus otia amat.——

Hinc Lucianus in Dialogo quodam quærens, cur Pallas, quam Poëtæ Sapientiæ Deam finxerunt, non percuſſa fuerit telis Amoris? ſatis urbanè eam defendendo reſpondit: ideò hoc factum, quòd nunquam ab eo reperta fuerit ocioſa, ſed ſemper honeſta aliqua in re occupata: innuens ſcilicet, Ocium haud dubiè omnium malorum cauſam eſſe.

à peregrinatione. Sed nec peregrinando Maritus ſecum ducat Uxorem: ne hac occaſione vagabunda evadat, & impudica. Quod ſi aliàs quoq; talis ea ſit: de commodo & ſalutari aliquo remedio cogitet, quo viliſſimæ huic improbitati prudenter obſiſtat. Et nihil quicquam propterea ſe affligat aut excruciet; ſed certò perſuaſum habeat, ſi ex ſua parte omnem dederit operam, ne uxor verſus ipſum perfidiam exerceat, non ideò male ſe auditurum

apud

apud ſapientes, aut nomen ſuum ab illis ſuggillandum fore: quandoquidem etiam multi clariſſimi viri eandem fortunæ aleam ſubire fuerunt coacti. Erant certè manifeſta Fauſtinæ adulteria: & tamen M. Aurelius Pius, ſapiens Philoſophus, ea diſſimulabat, atq; eo ipſo demonſtrabat, quomodo vir ſapiens etiam in gravioribus & maximè abominandis Uxoris vitiis patientiam ſuam poſſit exhibere, non ad verbera ruens, nec aliam furoris inſaniam. Nec deſunt infinita alia maritorum exempla, qui uxores, quantumvis adulteras, tantum abeſt ut occiderint, ut etiam ne verbera quidem eis fuerint minitati. Pompejo uxor fuit adultera Martia: Julio Cæſari, Pompeja: quæ maritalem fidem cum Senatore Clodio violavit. Lucullus Serviliam habuit impudicam fœminam: M. Tullius Terentiam: quæ parum de honeſtate ſua fuit ſolicita. Sed & alii ab uxoribus manifeſtè fuerunt offenſi. Cęterum quę ipſorum fuit ſapientia, noluerunt ob domeſticam iſtam laſciviam ſtulteſcere, atq; minus prudentes ſe demonſtrare in tolerando eo, quod magnitudini animi ipſorum conveniebat: & ut paucis dicam, noluerunt mundum querelis implere, familiam planctu, affinitates infamiâ; aut verò, quod multis in uſu eſt, manus ſanguine inquinare.

Uxor non relinquenda propter aliam.

Illud verò pro Lege inviolabili obſervet Maritus, ne uxorem ſuam propter aliam relinquat: niſi Dei odium & pœnam velit incurrere: qui cœleſti ſua manu caſtigaturum ſe minatur omnes fornicarios & adulteros. *Hæc dicit Dominus DEUS, inquit Ezechiel, feciſtis abominationes: unuſquiſque uxorem proximi ſui polluit. Idcircò, qui in præſidiis ſunt, peſte morientur.* Caveat etiam ne uxor qualem qualem ejus rei noticiam, imò ne minimam quidem ſuſpicionem habeat: alioquin in periculoſum detrudetur Labyrinthum. Neque enim aper à canibus impetitus; nec Leo fame ſtimulatus; nec Tigris cui ſoboles ſubrepta; nec vipera, cui cauda eſt amputata, tam terribiliter ſævit, quàm fœmina eo, quem dixi modo offenſa. Fœmina enim injuria illa affecta, ad inſaniam redigitur. Et væ marito illi, cujus uxor ex indignatione adultera evadit. Præter enim infamiam, fraternitatem cum ea ineunt Amor inhoneſtus & Veneficium: quorum alterum rarò eſſe ſolet abſq; altero. Honor eſt perditus. Rerum & facultatum non habet curam: Vita periclitatur. Lotharius Ludovici Quarti F. Rex Franciæ, & Ludovicus Quintus ab adulteris conjugibus veneno fuerunt exſtincti. Roſemunda Alboini Longobardorum Regis primùm, poſteà Elimingenis Ravennæ prin-

principis uxor, utrumque Maritum toxico ſuſtulit, ut inhoneſtè vivere poſſet liberius. Ariadna vindictæ cupiditate Zenonem Iſaurium Imperatorem terra viuum obruit. Talem ſe igitur Maritus uxori exhibeat, qualem ipſam adverſus ſe deſiderat. *Quales volumus* (ſcripſit Auguſtinus) *uxores noſtras invenire, tales & ipſæ nos inveniant: & ſi intactam quærimus, intacti ſimus; ſi puram, puri.* Et Lactantius Firmianus: Exemplo continentiæ docenda uxor, ut ſe caſtè gerat. Iniquum eſt enim, ut id exigas, quod ipſe præſtare non poſſis. Cautus itaq; ſit maritus, ne apud alias Mulieres carnales ſectetur voluptates; ſuæ verò illis interdicat. Non ſecus enim hic facit ac ille, qui in hoſtes incidens num manus conſerendæ ſint, quærit. Et ſi vitium, libido, & alii affectus Marito dominantur: quomodo ea ab Vxore, quæ vitiis ejuſmodi dedito Marito copulata eſt, poterunt abdicari? Ob id fatuus æſtimatus fuit Plautianus, qui etſi cum impudicis Mulieribus & pueris continuò converſabatur; Vxorem tamen ſuam à nemine atque adeò ne ab Imperatore quidem vel Imperatrice conſpici volebat. Sed fieri non poteſt, quin ille, qui Molitorem farina adſperſum tangit, pannos ſuos itidem inquinet. Ideoque in pluribus Mundi partibus Leges erant ſancitæ, quæ

ob mulierum adulteria ipſos puniebant Maritos, tanquam mali iſtius cauſam. Et memini me legere, moribus apud Pariſienſes receptum fuiſſe, ut adulteræ uxoris Maritus (qui patria alingua (*Cocuto* dicebatur) aſino retrorſum imponeretur caudam pro freno manu tenens: uxore aſinum illum per loca publica ducente, & præcone cum tubis ac tympanis acclamante: *Qui ſic faciet, ſic accipiet.* Sed & Cato Cenſorinus dicebat, puniendum ob id delictum eſſe Maritum, uxorem verò abſolvendam, utpotè levitate ſua excuſatam. Omninò ſeipſum primò Maritus corrigat, atq; ita exemplo ſuo prudenter uxori præeat: ſitq; ipſemet ab adulterii crimine immunis, ſi eam adulteram eſſe nolit.

Maritus ſua primum vitia corrigat.

Tum quoque tentanda eſt, cum pellice læſa dolebit:
Tunc facies, operâ ne ſit inulta tuâ,

hortatur Ovidius, & exemplum proponit Clytemneſtræ, quæ tamdiu quidem caſta fuit, quàmdiu & Agamemnon eâ ſolâ fuit contentus. At cum ille Briſeidis amore exarſit, tum ea non ſolùm turpiſſimis cum Ægiſtho voluptatibus ſe implicuit, verùm etiam virum per inſidias interfecit:

Dum fuit Atrides una contentus, & illa
Caſta fuit: vitio eſt improba facta viri.

qua-

quapropter etiam ob fruſtratam mariti fidem ea ab Homero notatur *lib.1. Iliad.* Honoret quoque uxorem Maritus. Ab eo enim honorata maximoperè annitetur, debito eum viciſſim honore proſequi: juxta illud Pauli & Petri: *Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum conſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem.* Et D. Ambroſius *Epiſt. 82.* ſcripſit: Vir uxorem tanquam gubernator dirigat, tanquam conſortem vitæ honoret. Et Cynus *in l. ſi à ſponſo. C. de donat.ant.nupt.* hoc amplius addit: *Venerari uxorem debet vir.* Quod ſi maritus uxorem non honorans, ab ea tamen honorári deſideraret: rectè illi reponi poſſet, *Fruſtrà petit debitum, qui quod debet non impendit.* *Vxorem honoret.*

Concedat etiam uxori gubernationis ſuæ partem, alioquin facilè ad indignationem commoveri poterit, ſi quæ ſunt ſui muneris, ſibi nō relinqui viderit. Vir rebus forenſibus præſit; uxor domeſticis. Cui propoſito Xenophon convenienter; Mihi profectò Dii videntur omnia quidem ſapienter feciſſe: ſed hoc præſertim Conjugium, quod Mas & fœmina vocatur, primùm quidem, ne animantium genera deficerent: Deindè ut haberemus à quibus noſtra ſenectus aleretur. Cum mortalium vita non ut cæterorum animalium ſub dio, ſed ſub tecto ducatur: oportet *Vxori gubernationis ſuæ partem permittat.*

toroſiorem, ut extra magis ageret, edidit. Si quis autem hujus ordines adverſus jerit, aut viri partes uxor, ſeu vir uxoris peregerit, ultorem ſe ſentiet habiturum Deum. Cum quo & Demoſthenes congruit, cum dixit: *Meretrices voluptatis cauſa habemus: concubinas autem famulitii cauſſa, & curæ quotidianæ coeporis: uxores verò, ut legitimos filios tollamus, & habeamus rei domeſticæ fidam cuſtodem.* Ideoque & Plato ſcripſit, Fœminæ virtutem eſſe, rectè gubernare domũ, & marito obedire. Et hoc ipſum quoq; ſenſit Panormitanus *in c. literas. Ex. de reſtit. ſpoliat.* & Gabriel Biel *4. ſentent. diſtinct. 17. q. 3. art. 3. dub.* 2. Nec tacuit de hoc Ariſtoteles, dicendo: Probam mulierem omnibus, quæ ſunt intus, dominari oportet. Et ſi quid intus accidat, ipſi notum ſit ſoli. Viro quidem indecens videtur ea ſcire, quæ inter ædes fiunt. In cæteris verò omnibus parère mulier viro contendat. Turpe eſt viro quicquam eorum, quæ domi ſunt, facere. Primò autem omnium id Hector dixerat ita uxorem allocutus apud Homerum:

Sed domum jens tui ipſius opera cura,
Telamq; columq; & ancillis jube
Opus adire: bellum autem viris curæ erit.

Sic Clytemneſtra apud Euripidem ita compellat maritum:

Quin tu foris quæ ſunt, agas negotia:
Curas ego tractabo domeſticas.

Et Naumachius Poëta græcus, ſed Chriſtianus, apud Stubæum ita hortatur uxorem:

Externa negotia quæ conficere poteſt, ipſi relinquas.
Tibi verò cura rei familiaris ſit, & cuſtodia domus.

Trogus narrat, Hiſpanas mulieres Calecas (eſt enim Cale Luſitaniæ urbs) rerum domeſticarum potiſſimam habere curam. Idq; poſtea & Juſtinianus confirmavit *hiſtoriar. lib.44.* Atque ea cura Mulieribus quoque à Romanus fuit aſſignata, ut refert Plutarchus *in vita Romuli.* Partiatur itaque Maritus domeſtica officia cum uxore, ut hæc eo abſente quidem omnia; præſente verò mobilia & utenſilia adminiſtrandi auctoritatem habeat. Id enim ſexui eius eſt convenientius. Et curet, ut ea non minus ac ipſemet à liberis, ſervis & ancillis ſuſpiciatur, ac timeatur, nec non debita ei obœdientia præſtetur. Quod ſi ſolers & induſtria illa fœmina in aliquibus fortaſſis erraverit: placidè eam corriget, & ſummam in regenda atque gubernanda ea prudentiam adhibebit: nunquam verò eam injuriis in aliorum præſertim præſentia laceſſet: à verberibus autem perpetuò abſtinebit. Nam cum veteres quàm maximè curarint,

etiam Mancipia verbis potius, quàm verberibus corripere: quanto magis in uxore hoc erit obſervandum? Marcus Aurelius dicere ſolebat, Marito inviolabiliter legem hanc ſervandam eſſe, ut uxorem quidem admoneat ſæpius, reprehendat rarò, nunquam verò manus ei inferat. Homerus Jovem introducit, conjugem voluntati ſuæ contrariam reprehendentem atque ei minitantem: ſed ultra non progreditur. Multi autem inclamant & verberant uxores: atque hi neſciunt, quid ſit fœmina. Etſi enim Philoſophus ille dicebat, Eam animal eſſe indomitum: Ab alio tamē proditum eſt, quòd ſit animal generoſum, & quo verberetur magis, eò magis etiam exaſperetur.

Sapientiæ conſilia & exempla Maritis obſervanda.

Fœmina quò magis verberatur eò peior evadit.

Ille lavat laterem, qui caſtigat mulierem, tritum eſt vulgi ſermone proverbium. Videtur quidem multis, ſe fuſtibus poſſe humiliare fœminas: ſed errant. Nunquam enim humiliores eas poterimus reddere, quàm eodē illo modo, quo nos ipſos humiliamus. quod fiet, ſi benignè & ſuaviter eas tractaverimus. Hominē certè Latinè cum dicimus, utrumque ſexum comprehendimus: cui una eademque forma eſt, Anima nimirum, unius ejuſdemque opus Artificis. Nec magnam ſanè inter Fœminam & Marem differentiam debemus conſtituere: niſi quatenus illa cor-

Differentia inter Marem & fœminam.

pore eſt debiliore, & alio officio deſtinata. Unde Alphonſus *in 22. capite Matth.* Vir autem (*inquit*) & fœmina diſtant gradualiter, intra eandem ſpeciem, non gradu eſſentiæ, quæ in diviſibili conſiſtit; ſed gradu perfectionis individualis. Ideo melius eſt virum & fœminam eſſe, quàm omnes eſſe viros. Et ita dixit Deus *Geneſ. 2.* Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: ſed faciamus ei adjutorium ſimile ſibi. Laus itaque Mariti uxorem verberantis ea eſt, quam D. Chryſoſtomus *Homilia 26. ſupra 1. Epiſt. Pauli ad Corinth.* deſcribit his verbis: *Neque verberandam uxorem dico: abſit. Ultima namque ignominia eſt, non ejus, qui verberatur, ſed qui verberat.* Jam ſi leones & alia animalia generoſa fuſtibus ad iram concitantur & ferociores redduntur: quomodo non indignabitur fœmina, animal profectò longe nobilius & excellentius? Ab ira certè verberatæ fœminæ vir ſibi caveat. Inde enim odia proficiſcuntur, inimicitiæ, adulteria, faſcinationes, veneficia, & alia mala. quæ cum experti fuerint homines ſapientes, nunquam verberaverint uxores ſuas, quantumvis aſperas & difficiles: Qualis erat Xantippe illa Socratis, Mulierum omnium moleſtiſſima & inquietiſſima. Hic igitur interrogatus, cur eam fuſtibus non caſtigaret? An non ſatis eſt, *inquit*, ipſam inſanire, niſi & ego inſaniam?

Maritus quã laudem reportet Mulierem verberando.

niam? Optas nos palam altercantes videri, ut populo civitatis hujus ludibrio ſimus, non parum voluptatis hac altercatione noſtra eis creantes. Sed falleris. Si itaque integrum nobis eſt, ut ſi boni eſſe velimus, noſtri commodi cauſa, ſapientium Anteceſſorum noſtrorum veſtigiis inſiſtamus: ſanè etiam hac in parte eos imitemur, ut amorem quidem, non verò odium Mulierum noſtrarum acquiramus. Id enim, D. Paulus nos docet, ita ad Coloſſenſes ſcribens: *Viri diligite uxores veſtras, & nolite eſſe amari ad illas. Regendam eſſe* (dicit Robertus Holkot in 54. Lectione Sapientiæ Salomonis) *uxorem manſuetè, non cum tyrannica auſteritate; verbis, non verberibus; amore, non timore; dulcedine, non amaritudine.* De celebribus illis Spartanis legimus, quòd acerbe caſtigaverint maritos, qui crudeles in mulieres fuiſſent. Et Cato Cenſorinus, prudens ille Romanus, quanquam mulierem habebat improbam, tantum tamen abfuit, ut crudelem ſe illi exhibuerit, ut etiam in ſenatu dixerit, non aliter caſtigandum eſſe Maritum, qui uxorem verberaſſet, quàm caſtigandus ſit is, qui ſacrilegium commiſit. Gloſſa *in L. ſi quemcunque. §. ultim. ff. ad Leg. Aquil.* & Dd. *in C. quemadmodum Extra. de Jurejur.* volunt, poſſe quidem maritum ex cauſſa uxorem caſtigare,

Non debet eſſe amarus erga Uxorem.

ſed moderatè. Parum itaq; circumſpecti ſunt Mariti, qui non alio verſus, quàm in uxorum terga manus levare poſſunt, & ſceleratam ſuam linguam non niſi in corda ipſarum vibrare: ubi ſibi ipſis Iræ & Odii ſedem atque palatium exſtruunt: nec omnium malorum pejus eis quicquam poteſt obtingere, quàm illa ipſa uxor, quam non amant. Rigor & acerbitas illa certè alia acerbitate non curatur, ſed ſola dulcedine. Ita namque naturâ comparatum eſt, ut contraria contrariis curentur. Contendat quidem cum uxore maritus: ſed contentio illa amorem habeat admixtum; non verò verbera & minas. Sic enim maritalis illa benevolentia in mortale convertetur odium. Tamq; ſævum ſæpenumero adverſus maritum fœmina concipit animũ, ut multa inde delicta, ruinæ & interneciones ſequantur. Sicuti Galeotto principi Forolivienſi eveniſſe legimus: cujus uxor Johannis Bentivoli filia, cum à marito ſperni ſe videret, morbum ſimulavit: ac cum Maritus viſitandi gratia Cameram ipſius ſolus ingrederetur, curavit eum ab inſidiatoribus ad hoc deſtinatis interimi.

Error Mariti uxorem verberantis.

Meminerit quoq; Maritus, non procul & diu ab uxore abeſſe, ne ipſa longæ illius expectationis pertæſa cum ſervis aut aliis ſe cõmiſceat. Quò alluſit Propertius, ita canens:

Maritus non procul abſit ab uxore.

Quan-

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor. Et Ovidius:

Vaneſcitque abſens, & novus intrat amor.

Idque exemplo declarat:

Dum Menelaus abeſt, Helene, ne ſola jaceret,
Hoſpitis eſt tepido nocte recepta ſinu.

Non etiam maritus ita ſe Mulieri adſociet, ut conſortem eam poſtea abdicet, & deſerat. Id quod Deo valdè diſplicet. Ideoque Pythagoras dicebat, ſe apud inferos exquiſitis judiciis & crudelius mactatos vidiſſe eos, qui proprias deſeruerant uxores. Quemadmodum igitur aliis in rebus omnibus, ita hîc quoque laudabile erit viro mediam ingredi viam. Quod fiet ſi non ita ſe dederit conſorti ſuæ, ut ipſummet ſe ſibi ſurripiat. Nebulonum enim proprium hoc eſt vitium, nunquam ab otioſo Mulieris gremio ſecedere: ſicuti fatuo illi Eubolo obtigiſſe proditur cum Metiche: quæ à congreſſu non ſurrexit prius, quàm univerſa aquâ defluxâ horologiũ fuiſſet verſum. Unde & *Clepſydræ* cognomentum, à veterum illo horologio fuit adepta. Nec verò etiam ita ſe uxori ſubducat, ut Matrimonium ſua ex parte deficiat. Sozomenus *lib. 9. Hiſtoriarum*, philoſophum quendam nominat, qui cũ Palæſtina uxore ſua pulcherrima tri-

bus non amplius vicibus cojerit, & tres ex ea filios ſuſceperit. Ferrandus Neapolitanorum Rex nimium ſollicitãdo uxorem vitam perdidit. Atque ita alii continentes fuerunt magis, alii minus. Quapropter Solon, qui unus ex Græciæ ſapientibus judicatur, ſylveſtrem populi ſui ruditatem temperaturus, Lege quadam ſanxit, ut maritus ſingulis menſibus ter uxori ſuæ ſe adjungeret. Sic enim & appetitui ſatis fieri poſſe putabat, & ſanitatem cõſervari, & debito illi naturali ad ſobolẽ procreandam nihil decedere. Lycurgus inter alias ſuas leges ordinavit, ne conjuges junctim dormirent: ſed vir aliis cum viris, Mulier aliis cum Mulieribus tota nocte, & magna diei parte verſaretur: ac ſi congredi vellent conjuges, ut raptim ac veluti furtim id facerent ac verecundè. Sic enim & valetudinem dicebat eos magis proſperam ſervaturos, & majori cum affectu ſe amaturos, & liberos deniq; robuſtiores procreaturos. Quæ non ideò dico, quòd certam conjugibus Legem velim præſcribere: ſed ut demonſtrem, poſſe quemlibet, ſi velit, omnibus in rebus modum tenere & ordinem; neq; erroris ſui culpam aliis poſteà imputandam.

Maritus non ſit zelotypus. Nequaquam etiam in *Zelotypiæ* ſuſpicionem Maritus, quamcunque minimam ob cauſam incidat. Zelotypi namque conjuges zelo-

zelotypiæ terminos egredientes, in ſuſpicionis furorem ruunt. Cujus non alius effectus eſt, quam ut mariti mentem animumque arrodat, amorem convertat in odium, blanditias in verbera trãſmutet, & ſuavia illa colloquia in acerba & injurioſa verba. Sic evenit, ut neque ſuiipſius, neque liberorum, neque etiam rei familiaris ullam amplius curam zelotypus Maritus habeat: ſed perpetua ira ſtimulatus cum uxore agens, vitam vivat anxiam, & brevem; atque ipſa veluti deſperata moriatur. Atque hæc eſt fatuitas iſta ſive dementia, ob quam tot fœminæ mortem oppetierunt ignominioſiſſimam, quantumvis maritis ne minimam quidem laſciviæ ſuſpicionem præbuerint. Proinde caveat uxor materiam & anſam dare Marito, ſiniſtram opinionem concipiendi: cum facilè & in proclivi ei ſit, ut zelotypus evadat. Et quidem effrenatæ iſtius immanitatis exemplum nobis exhibet *Juſtina* adoleſcentula Romana, nobili genere nata: quæ quantò alias formæ & pulchritudinis dote ſuperavit; tantò etiam omnium infeliciſſima, crudeliſſimo furioſi Viri dominio fuit ſubjugata. Vixdum enim poſt primæ noctis congreſſum, cum inclinata calceum pedi detractura eſſet, Maritus niveum illius collum demiratus in beluinam iſtam

zelotypiæ cogitationem ilicò cecidit, ut evaginato cultro eam obtruncârit. De qua hoc exſtat Epitaphium:

Immitis ferro ſecuit mea colla maritus,
Dum propero nivei ſolvere vincla pedis.
Durus & ante thorum, quo nuper nupta coivi,
Quo cecidit noſtræ virginitatis honos.
Nec culpâ meruiſſe necem bona Numina teſtor:
Sed jaceo fati ſorte peremta mei.
Diſcite ab exemplo Juſtina, diſcite patres,
Ne nubat fatuo filia veſtra viro.

Niceta Aconitanus de Alexio Comneno narrat, quod zelotypus in Euphroſynam uxorem fuerit; ideoque eam, quam valdè ſuſpectam habebat, omnibus ornamentis muliebribus & Imperialibus titulis privatam, in Monacharum monaſterium contemtim & abjectè protruſerit. Hoc amplius Cotys Thracũ Rex pari zelotypia ſtimulatus uxorẽ ſecando aperuit, à ſecretis incipiendo partibus, ad gulam usq; ſectione productâ, nõ ſecus ac bobus & vitulis in macello uſu venire ſolet.

Zelotypia Mariti res peſſima.

Curet itaque fœmina, ne in Mariti pectore zelotypia ſuccreſcat, res adeò noxia, maligna & crudelis! Sed nec Maritus quoq; quacunque minima ſuſpicione ductus eò deveniat,

niat. Foret enim hæc quaſi quædam Phreneſis, aut ex propria imbecillitate ingenii ipſius mariti proveniens, aut fortè etiam ex falſis venenatæ alicujus linguæ relationibus. De his igitur omnibus benè informati veteres illi Romani, atque ii cum primis, qui ex longè diſſita regione aut rure in Urbem redituri erant, præmittebant, qui de reditu ſuo uxores certiores facerent: ne improvisò adventantes in ſuſpicionem eas adducerent, ac ſi de induſtria & aſtutè id feciſſent, fidem ipſarum exploraturi. Ad quem morem Plautus alludens dixit:

Meq; portà præmiſit domum, ut hæc nunciem uxori ſuæ.

Nam Theophraſtus ſcribit: Uxorem impudicam ſervari non poſſe; pudicam non debere. Et D. Hieronymus ait: Illa verè pudica dicenda eſt, cui licet peccare, ſi velit. Hinc Ovidius:

Dure vir impoſito teneræ cuſtode puellæ,
Nil agis, ingenio quæq; tuenda ſuo eſt.
Si qua metu demto caſta eſt, ea deniquè caſta eſt:
Quæ quia non liceat, non facit, illa facit:
Ut jam ſervaris benè corpus, adultera mens eſt:
Nec cuſtodiri, ni velit, ulla poteſt.

Nec

Nec mentem ſervare potes, licet omnia claudas:
Omnibus excluſis intus adulter erit.
Cui peccare licet, peccat minus: ipſa poteſtas
Semina nequitiæ languidiora facit.

Et addit:

Deſine, crede mihi, vitia irritare vetando.

Cum quo exæquatur & conjungitur etiam illud:

Centum fronte oculos, centum cervice gerebat
Argus: & hos omnes ſæpè feſellit amor.
In thalamo Danae, ſaxo ferroque perenni
Quæ fuerat virgo credita, mater erat.
Penelope manſit, quamvis cuſtode careret,
Inter tam multos intemerata procos.
Quicquid ſervatur, cupimus magis: ipſaque fures
Cura vocat: pauci, quod ſinit alter, amant.
Nec facie placet illa ſua, ſed amore mariti:
Neſcio quid, quod te ceperit, eſſe putant.
Non proba ſit, quam vir ſervat, ſed adultera cara eſt.
Ipſe timor precium corpore majus habet

Indi-

Indignere licet, placet inconceſſa voluptas:
Sola placet, timeo, dicere ſi qua poteſt.

Id quod & à Propertio factum fuit lib.2. Elegiar:

Quos igitur tibi cuſtodes, quæ limina ponam,
Quæ nunquam ſupra pes inimicus eat?
Nam nihil invitæ triſtis cuſtodia prodeſt.
Quam peccare pudet Cynthia, tuta ſat eſt.

Et Juvenalis Satyr.6.

Audio, quid veteres olim moneatis amici:
Pone ſeram, cohibe. Sed quis cuſtodiet ipſos
Cuſtodes? cauta eſt, & ab illis incipit uxor.

Et Martialis:

Nullus in Urbe fuit tota, qui tangere vellet
Uxorem gratis, Cæciliane, tuam,
Dum licuit: Sed nunc poſitis cuſtodibus, ingens
Turba futurorum eſt. Ingenuoſus homo es.

Auſonius Idyll. 14. inter humanas miſerias etiam hanc ponit, cum ait:

Et gravior cautis cuſtodia vana maritis

Sed primò omnium Euripides dixerat.

Fruſtra laboramus , muliebre cuſtodientes genus.

Nam quæ non ultrò juſta fuerit,

Quid opus eſt cuſtodire , ac amplius delinquere.

Danae ne in turri quidem ſecura.

Mulier bona non debet;mala non poteſt cuſtodiri. Nam ſi animo ſuo deliberaverit malè agere , vel ipſi etiam muri eam corrumpēt. Danae Acriſii Argivorum Regis filia ædificio cuidam ſubterraneo & æneæ cameræ incluſa, tantas intra petras & ſeras imprægnata tamen mater evaſit. Meſſalina inhoneſtiſſima & infamis Imperatrix non tantum à tota Mariti familia cuſtodiri non poterat ; ſed etiam ipſius mariti Claudii auctoritate abutebatur, ad inveniendam turpibus cupiditatibus ſuis viam. Nam cum hiſtrio quidam Mneſter, cujus ipſa congreſſum exoptabat, deſiderio ipſius conſentire nollet,& nec precibus, nec donis,nec minis vinci poſſet ; tandem conqueſta fuit apud Imperatorem,nullam ſibi à Mneſtero , cujus opera ſibi eſſet uſui,obedientiam exhiberi. Undè infelix Maritus Mneſtero , ut Meſſalinæ omnibus in rebus obſequeretur,imperavit. Hic igitur Meſſalinam Marito vera narraſſe,atque ita Claudium velle ratus , juſſis ſe dedit obnoxium, atque

Meſſalina Imperatrix quomodo marito impoſuerit.

atque flagitioſæ iſti fœminæ obſecundavit. Vides quid in ſcelerata muliere poſſit deliberatus malè faciendi animus, ut ex optimo etiam cuſtode, rerum inhoneſtarum Miniſtrum faciat. Cæterum ſi Mulier animo caſto fuerit, & pudicè vivere deliberaverit; nulla indigebit cuſtodia: quinimò ſi in præſentiſſimo quoque conſtituta fuerit periculo, innocens tamen & pura inde evadet. Non erat in Ithaca Ulyſſes, ſed longè à patria diſſitus: & tamen Penelope conjunx inter tot potentes amatores, à quibus continuè ſollicitabatur, ſemper manſit caſtiſſima.

Mariti caſtitatis exemplũ prabeant.

Conſideret quoque Maritus, in aliorum præſentia uxori nimium adblandiendum nõ eſſe. Neque enim conveniens eſt, in aliorum conſpectu, ubi temperantes quàm maximè eſſe decet, laſcivos illos actus exercere. Hinc de Junone ſcribit Homerus, quòd in Ida monte, unde conſpici poterat, Marito adblandiri noluerit. Et M. Manilius ſenatu motus fuit, ſaltem quòd coram filia uxorem fuiſſet deoſculatus. pœna me hercule nimis aſpera! Plato grandiores natu admonet, ut præſentibus juvenibus verecundas ſe exhibeãt. Sic enim eos docebunt, quã reverentia, qua modeſtia ipſis erga ſe quoque ſit vtendũ. Atque hoc præceptum præ omnibus obſervabunt Maritus & Uxor, cunctis hoc mo-

Iuno cum Ioue in monte ludere noluit.

do & honoris & caſtitatis exemplũ præbituri.

Reſtat denique ad explicandum Mariti officium, ut caveat uxorem vel joco aut alio quovis modo deſpicatui habere, atque ſua illa plus juſto, adverſus ipſam abuti licẽtia; verbi cauſa, minus honeſtè de ea diſſerendo, aut corporis ipſius membra ullo modo detegendo: ſicuti fatuum illum Imperatorem Cajum Cæſarem factitaſſe legimus: qui amicis ſæpè ſuis *Ceſoniam uxorem*, quanquam neque facie inſigni, neque ætate integra, matrem quippe ex alio viro trium liberorum, nudam oſtendebat. A jocis itaq; illis; unde vel ſcandalum, vel odium naſci poſſit, Maritus erga mulierem probè abſtineat. Quidam enim ex indignatione & iræ impetu, vel etiam animi cauſa inhoneſto uxores nomine indigitarunt, & aliis exhibuerunt nudas, maximo ſuo ipſorũ cum damno. Sic de *Candaules uxore* legimus, quòd cum à Marito nuda oſtenſa fuiſſet Gygi familiari ſuo, certior ejus rei facta, maritũ occidi curaverit, & Gygi contrà nupſerit. Neque enim, dicebat, Mulierem ab aliis, præterquam à Marito, nudam conſpici convenit. Atq; hãc ipſam ob cauſam & Theſſaliæ princeps ab uxore fuit interfectus. Nec quicquã fuit, quod Locrenſes adverſus *Dionyſium Siciliæ Tyrannum*, majorem ad indignationem moverit, quàm quod Civiũ virgines accerſitas,

tas,ſupra ſparſas, in aula roſas per ſummã licentiã nudas conſtupera verat. Hinc n. ira inflammat i Locrenſes, uxorẽ Dionyſii & filias proſtituêre arreptas primũ, innumeris quidẽ affectas ludibriis, ab iis præcipuè, quorũ virgines polluiſſet pater. Poſteà verò quàm pro arbitrio illuſere miſeris, inde acubus ſub ungues crudeliter impactis, peremêre. Nec iis ſatis ſibi factum arbitrati, oſſa quidem carnibus denudata in mortariis attrivere: carnes verò omnibus propoſuêre deglutiendas diris in eos imprecationibus qui ſuperſediſſent, reliquiis denique in mare projectis. Ipſe vero Dionyſius, cum foret principatu excuſſus & ad mendicitatem redactus, ſumma cum miſeria finem vitæ impoſuit.

Locrenſes cur Dionyſii uxorem & filias occiderint.

Atq; hæc quidem de Mariti erga uxorem officio. Quantum vero ad illud, quod Uxor marito debet, attinet, ut ſcilicet intra officii ſui terminos ſe cõtineat, & amorẽ ipſius promereatur: debet ea in omnibus & per omnia marito, tanquam capiti eſſe ſubjecta. Id n. D. Paulus voluit, & Euripides innuit his verſib.

Mulier Marito ſit obediens.

Mulier enim egreſſa paternam domum,
Non amplius parentum eſt, ſed mariti.

Et S. Paulus ad Corinthios ſcripſit: ſe nõ permittere mulieri, ut viro dominetur, ſed velle, ut ipſi ſubjecta ſit cũ ſilentio & Patientia. Quapropter & D. Auguſtinus *Homilia* 43. de

hoc diſſerens: *Nulla,* inquit,*ſit in vobis protervitas,nulla ſuperbia, non contumelioſa cervix, non aliqua inobedientia, prorſus tanquam ancillæ ſervite.* Et D.Hieronymus *in Epiſt.ad Titum ſcribit.* Hinc fit,quòd omnes leges, tam divinæ quàm naturales,atque etiam civiles viro tanquam ad gubernationem magis apto, ſuperioritatem conferant, Mulieri obedientiam injungentes.Sic Vaſthy Regina,cum Aſſuerus maritus eam vocari atque introduci mādaſſet, quò ab omnibus civibus, ſummi beneficii loco, ut erat eximiæ pulchritudinis, Reginæ habitu & ornatu cerneretur; ipſa autem bis atq; iterum vocata venire detrectaſſet, de Magorum ſive ſapientum conſilio fuit repudiata,alterâ in ipſius locum adſcitâ: ut diſcerent uxores Maritos cujuscunq; dignitatis eſſent, in honore ac precio habere; imperiumq; eſſe domi non Mulierum, ſed Maritorum. Sic Divinæ leges non permittunt Mulieri ut comam radat: quandoquidem in ſignum ſubjectionis hanc debeat alere.Sed & ſapiens ille Xenophon, viri eſſe proprium,dixit, imperare, mulieris verò obedire. Ipſa quoque Natura ſuadet, ut fortior dominetur debiliori, quod omnes teſtantur. Eratq; moris antiquitus,Novis nuptis caput velare, ad teſtandam ipſarum humilitatem, & reverentiam maritis debitam. Hinc bonis moribus

Vaſthy Regina cur repudiata.

bus obtinuit, ut uxor Maritum appellet Dominum. *Vxor Maritum vocet Dominum.*

—connubia noſtra

Reppulit, ac Dominum Æneam in regna recepit,

dicebat Virgilius. Ac multis in locis mulieres introduci invenimus, Maritos ſuos Dominos vocantes. Sic enim Dejanira Herculem, Penelope Ulyſſem, Sara Abrahamum, Berſabe Davidem, & aliæ Maritos nominarunt. Atq; ejuscemodi fœminæ, quæ maritis ſeſe ſubjiciunt, egregiam merentur laudem. Unde Hieronymus: *Præcipuè autem in conjugio venerabili atq; immaculato, Apoſtolicæ regulæ ordo teneatur. Servetur in primis viro auctoritas ſua, totaq; à te diſcat domus, quantum illi honoris habeat. Tu Dominum illum obſequio tuo; tu Magnum illum tua humilitate, demonſtra, tanto ipſa honoratior futura, quantum illum amplius honoraveris. Caput enim Mulieris eſt Vir, inquit, Apoſtolus.* Cui & Publius Syrus ſubſcripſit cum dixit:

Caſta at viro matrona parendo imperat.

Econtra, ſi fœminę dominari voluerint, non minorem committent errorem (dicit Plutarchus) quàm Philoſophi, aliis ſeſe ſubjicientes; ac de uno atque altero plus dedecoris quàm honoris reportantes. Et poterant ſanè Mulieres, quæ Maritos effœminatos ſibi eligunt, atque iis præcipere ſatagunt, ſatis appo- *Maritus uxori dominium, permittens, illi ſe mancipat.*

ſitè iis æqui parari, qui cœcos potius ducere, quàm eos ſequi volunt, qui ſano & accurato viſu pollent. Quo ſenſu Euripides dicebat: *Uxor quæ ſapit, viro inſervit: quæ non ſapit, eum ſpernit.* Atq; ille apud Stobæum in præceptis connubialibus:

Bona uxoris eſt, ô Nicoſtrata,
Non imperare viro, ſed obœdire.

Inde Seneca dicebat: Mulierem obœdientem ſatis imperare Marito. Ac quoniam antiquitus fœminæ Maritis inſervire ſolebant; non defuit, qui uxorem ab ungendo nomen ſortitam fuiſſe dixerit. Sic enim Ennius de Tarquinii uxore:

Uxor ab ungendo.

Exin Tarquinium bona fœmina lavit &
unxit.

Et Virgilius:

Tarquinii corpus bona fœmina lavit &
unxit.

Quo & Auguſtinus reſpexit, cum dixit: *Erubeſcunt forſitan nobiles dedicatis manibus viri & mulieris Chriſtianæ, in hoc mundo Sanctorum contrectare veſtigia: quia hoc Natalium prærogativa non patitur. Mala nobilitas, quæ ſe per ſuperbiam ad Deum reddit ignobilem.* Sed & Heraclides quoque voluit, nomen illud à Thracum more fuiſſe profectum: quorum uxores Maritos lavabant, iiſque omnibus in rebus neceſſariis inſerviebant. Nam & apud priſcos illos populos,

pulos, ſcribit Herodotus, etiã Regi uxor ſua coquebat cibaria. Sic Areten Reginam Homerus introducit Alcinoo marito lectum ſternentem. Idq; de Neſtoris uxore idem *lib. 3. Odyſſ.* ſcribit. Et *Iliad. 8.* oſtendit Andromachen valdè ſolicitam & diligentem fuiſſe, Equis pabulum ſubminiſtrando:

Areta lectum marito ſtravit.

Andromache equis pabulum ſuppeditavit.

Nunc mihi pabula, Equi, prælarga rependite grati:
Andromache quia magnanimi genus Eëtionis
Vobis dulce prius poſuit bona triticeum far,
Vinaq; miſcendo potanda volentibus hauſit,
Quàm mihi, carus es qui glorior eſſe maritus.

Atque ignobilibus quidem iſtis & vilibus exercitiis ad poſteritatem illuſtres extiterunt, & dignæ, ut nomina ipſarum pennis & linguis virorum clara & immortalia fuerint reddita. Sæpèq; evenit, ut Mariti alioquin intractabiles & feroces, uxorum patientiâ & manſuetudine comes atq; humani evaſerint. Sic enim de *Theodelina* legitur, quòd duos quidẽ maritos crudeles & impios habuerit, ſed quos ipſa morigeris ſuis factis, & paucis quidẽ cæterum placidis verbis mites ſanè reddiderit & humaniſſimos. Idéq; & de Galla Placida Imp.

Theodelina viros ſuos reddidit mitiores.

Honorii & Arcadii ſorore memoriæ eſt proditum. Hæc enim capta ab Alarico Gotthorum Rege & poſteà Attaulpho, Alarici ſucceſſori, homini impio & crudeli matrimonio juncta, cum Maritum animo ſecum deliberaſſe animadverteret, inter alia immania facta, etiam Romam demoliri & ſolo æquare, atque alio in loco rurſum eam exſtruere, Gothiæ nomine novæ Urbi impoſito; ſuaviter & lepidè eum ab hoc propoſito retraxit: ut verè de ea dici poſſit, quòd Romam ab interitu vindicârit. Hoc amplius barbaro perſuaſit marito, ut pacem iniret cum Honorio, & armorum furorem in Galliam & Hiſpaniam converteret, ſuâ Italiæ quiete relictâ. Atque ita in muliere iſta maſculus & virilis vigor verè enituit. Proinde ſi qua maritum intolerabilem & ferocem nacta fuerit fœmina, non omnem propterea ſpem deponat, nec benignam ac humanam ſeſe illi exhibere ceſſet: ſed certò ſibi perſuadeat potius, ſe patientiâ facilè eum ad alios reducturam eſſe mores.

Noverca. Quod ſi contigerit, ut nupta Mulier in Mariti ædibus liberos prioris matrimonii inveniat: ſciat utique, ſicuti naturalis inimicitia inter Novercam & liberos illos videtur intercedere; ita dignam ſe ſingulari laude futuram, ſi benignam ſe illis exhibuerit, & non

tam

tam ficto, quàm vero amore eos fuerit proſequuta, exemplo Theanûs Antenoris uxoris; itemq; novercæ Cornelii Syllæ; atque fabuloſæ illius Eriboeæ Martis novercæ, quem ipſa Mercurii ope vinculis exſolvit, quibus eum Otho & Ephialtes tredecim menſes cōſtrictum tenuerant: & aliarum item Novercarum, quæ in privignos ipſis genuinis matribus humaniores & benigniores exſtiterunt.

Vxor amabilis ſit, ſed non laſciva.

Uxor itaque Marito amabilem ſive benevolam ſe præſtet, atque morigeram & obedientem: nec ſatagat eum quandoque factis aut dictis mordacibus vincere: quovis loco ei cedat; domi foriſque eum honoret: atq; omni tempore, quo cū ipſo quantumvis etiā ſola eſt, nunquam liciti illius joci luſúsque terminos excedat, aut ad laſciviæ confinia pertingat. Mulier enim in actibus illis laſciviens, præterquam quòd ipſamet neſcio quam ſuſpicionem de ſe apud Maritum excitat, facit etiam, ut multi ſiniſtrè de ipſa ſentiant. Sic fiet ut à viro parum ametur, & ab aliis fictè laudetur. Debet quinimò inter ipſas quàm maximè etiam ſecretas illecebras vel ſola quoque legitimam ſuam tueri auctoritatem, nec marito ſeſe offerre inſtar effrenis & impudicæ meretricis; ſed lætam ſe ei præbere, veluti caſtam decet uxorē, & exactum conju-

gale illud officium ſuaviter ei præſtare. Nec enim quicquam eſt, quod Mulieri magis vitio verti poſſit, quàm ſi ita cũ Marito ſoleat, ac ſi adultero facere velit delicias. Etſi enim ſanctum illud Matrimonii vinculum multa alioquin illicita, videtur facere licita: non tamen propterea & vitium permittit ullum.

Uxor familiam curet. Procuret quoque uxor continuè familiæ bonum, auxiliatricem marito manum porrigens, & utilem domui operam navãs: id enim potentiſſimum erit remedium gratiæ illius ſibi conciliandæ. Conſideret, ex duabus factam eſſe domum unam, unamq; familiam, à ſe pariter ita regendam, ut mulier earum rerum curam ſuſcipiat, quæ ſub tecto intra ædium muros ſunt expediendę. *Probam mulierem*, dicit Ariſtoteles, *omnibus quæ ſunt intus, dominari oportet*. Unde de Ægyptiorũ populis Diodorus narrat, quòd foris extra ædes Leges tractarint & arma: domeſticum autem imperium Mulieribus reliquerint. Idque rerum naturalium indagatores referunt, etiam fera obſervare animalia, quæ licet avida ſint, & rapacia (ut Lupi & Pantheræ) nec unquam cupiditatem & voracitatem ſuam deponant: nihilo tamen minus in privatis cavernis gubernationem relinquunt fœminis: quæ & cibos parvulis ſuis diſtribuunt, & receptacula ſive penetrália illa mundant, ac ſobolem nu-

triunt.

triunt. Quanto magis igitur Mulieribus, rationis dote præditis hoc erit conveniens? Officia verò quæ domi expedienda ſunt (inquit Philoſophus ille) circa tria verſantur: circa Liberorum educationem, Grani cōſervationem, & Lanæ texturam. quo loco per Liberos, omnium hominum curam intelligit; per Granum, quodlibet victus cibique genus; per Lanæ texturam, quamlibet muliebris exercitii, quod manuum miniſterio perficitur, ſpeciem. In his itaque fœmina utilem præſtet operam. Hinc forſan conſuetudine in Macedonia obtinuit, ut ſponſus ſponſæ particulam panis porrigeret: ſicuti Alexandrum feciſſe proditum eſt, cum *Roſanam* ſibi deſponſavit: ut eo demonſtraretur, debere ſponſam peculiarē rei familiaris curam ſuſcipere. In hanc igitur curā intendat, in hac ſeſe exerceat, & veluti habitum contrahat: nō autem faſtidium Marito creet, nunc hanc vel illam veſtem, nunc cathenam exigendo: ut multæ faciūt, neq; præſentia, neq; futura etjam tempora conſiderantes, atq; animo ſecū perpendentes parum, etiam opes illas, quæ jam præ manibus forte ſunt, fortunæ inclementia facile poſſe expugnari. *Vxoris officium.*

In veſtitu & corporis ornatu modeſta debet eſſe fœmina, & nec ſumptuoſo uti habitu, quantumvis etiam legibus aut *Ornatus Mulieris qualis.*

morib.permiſſo. Nec enim opulentæ dotes, & pretioſa veſtimenta, aut corporis pulchritudo æquè commendabilem reddunt fœminam, atque Modeſtia: quæ in dictis, factis, continentia & veſtimentis conſiſtit. *Ornamentum* (dicebat Crates Philoſophus) *eſt illud quod ornat*. Illud verò ornat fœminam, quod eam quàm maximè honorandam repræſentat. Id quod nec gemmæ aut aureæ armillæ faciunt, nec Smaragdi aut alii precioſi lapides, nec etiam veſtes purpurâ aut auro intertextæ; verùm, ſi ſapiens illa fuerit, humilis, honeſta & pudica.

Mulieri ornamentum Mores, non aurum.

Fœminæ quæ curiosè faciem fuco illinunt, & corpus pompoſis ornamentis locupletant, viros diſſolutiores reddunt & ad lubricitatem propenſos, maximè quando mammillas oſtentant, & oculos huc illuc licentius detorquendo veluti ejaculantur: ſicuti è diverſo prudens fœmina continentiæ ſuæ honeſtate & humili atq; demiſſo adſpectu omnes qui eam intuentur, in ſui admirationem trahit, & marito ſummam voluptatem parit. At mammæ apertæ, pectus nudum, capilli criſpi, vel calamiſtrati, fucata facies, & odoramenta, inprimis verò oculi vagi, & adſpectus laſcivus atque impudicus, adulterii, unde proficiſcun-

ficiſcuntur, argumenta ſunt. Ideoque nunquam non digna Chriſtianis cenſenda erit Lex illa, Locrenſibus à Zeleuco rogata, & à Diodoro relata *lib. 12. Biblioth.* qua non niſi fœminis adulteris licitum erat aurum portare & fimbriam: ut ab aliis hoc modo dignoſcerentur, & Cives honeſtæ à vanis iſtiusmodi pompis abſtraherentur. Hinc dicere ſolebat Euripides, ſe non intelligere, quam ob cauſam Mulier forâs egreſſura magis quàm domi māſura ſe exornet, niſi malum aliquod eo ipſo moliretur. Ac ſciamus, Romæ (ſi Livio credimus) Minutiam & Claudiam Virgines Veſtales, ob mundiorem juſto cultum pro impudicis fuiſſe habitas, & ad mortem condemnatas: ſed novis quibusdam miraculis à Diis defenſas. Laude itaque ſatis digna fuit ſapientis illius Philonis uxor: quæ ut maximus Philoſophus & Martyr *in locis communibus* recenſet, interrogata, cur inter alias mulieres ipſa quoque auro ornata non incederet? Satis, inquit, me exornat & pulchram facit Mariti mei dignitas & virtus. Eſt enim Maritus verum uxoris ornamentum: & divitiæ ipſius ſunt liberi. Hinc laudata ab Æliano fuit *Aſpaſia*, Cyri primum, pòſt deinde & Artaxerxis uxor, quòd non ſolum pulcherrima ſui temporis in regione illa fuerit, verum etiam veſtitui non multum indulſerit.

Id quod omnes pariter imitari debent fœminæ, atq; ita ſe veſtire, ut potius cutem & carnem tegendo cooperiant, atque perſonæ ſuæ formam exornent, quàm ut pompoſæ videantur. Hæ enim malum de ſe odorem omnibus relinquunt.

Mulieres procul ſint à ludis. Advertat quoque fœmina, præclari nominis atque exiſtimationis cupida, ne Ludos, Feſta & Convivia amet, niſi quatenus officium, ſocietas & locus hæc ei permittunt. Maximũ enim hæc caſtitati & honori damnum inferunt, ob perſonarum quæ ibi inveniuntur, diverſitatem. Ideò Parthi rarò admodum in virorum conſpectum prodire ſinebant Mulieres honeſtas: & ad convivia non niſi meretrices vocabantur. ut referunt Juſtinus *lib. 14. Hyſtor.* & Macrobius *lib. 7. Saturnal.* Athenienſes non permittebant fœminis publicum ingredi palatium, in quo Reipub. impenſis Viri egregii nutriebantur: eò quod magna ibi eſſet hominum frequentia. Liceat ſanè uxori, domi Marito exſiſtente, ut ab aliis quandoque conſpiciatur: at ipſo abſente, quantum maximè fieri poterit, in abſconſo lateat. *domi ſe contineant.* Quod ſi Mulieri in ædibus hoc obſervandum: quid dicemus de ea, quæ domo fuerit egreſſa? Tyndarus Spartanus ſimulachro Veneris Morphiæ pedicas impoſuit, ut per illas denotaret, Mulieres domi manere debere,

bere, Maritorum dicto audientes. Nam quæ Campeſtria & fora frequentat mulier, non admodum profectò ædium ſuarum muros amat: at quæ familiæ ſuæ curam habet, ea vicos & aliorum ſalutare ædes non valdè ſatagit. Thucydides dicebat, Mulierem vix à vicinis debere eſſe cognitam. Maxima quippe fœminæ virtus eſt (dixit Eubides) à nullo alio quàm Marito noſci. Atq; eò reſpexit Gregorius Nazianzenus, cum dixit:

Laudò ex fœminis, quas Mares minimè norunt.

Argeus itaq; (ut Plutarchus refert in Apophtegmatis) cum quidam non ſuas, ſed alienas laudarent uxores: Mehercule inquit, de pulchris & honeſtis mulieribus nihil temerè dici, ſed quales eæ ſint, omnibus extra Maritos ignotum eſſe oportebat.

Heroicum muliebris virtutis exemplum habemus in Duillij Romani uxore, (Plutarchus id *Bilia* Hieronis Syracuſiæ Regis cõjugi tribuit) Nam cũ hic ex inimico audiviſſet primum, ſibi fœtere os: ideoq; apud uxorem queſtus eſſet, cur non cõmonuiſſet, ut huic vitio mederetur? Feciſſem, inquit illa, niſi putaſſem omnibus viris ſic os olere. Simplicitate hac ſua oſtendens, ſe, præter maritum, cum nullo virorum fuiſſe converſatam. Suetonius Trãquillus narrat, Auguſtum filias & neptes

neptes extraneorum cœtu adeo prohibuiſſe, ut L. Tucinio, claro, decoroque juveni ſcripſerit, quōdam parum modeſtè feciſſe eum, quòd filiā ſuam Bajas ſalutatū veniſſet. Galenus *lib. 11. de uſu partium*, credit, Naturā mulieribus glabrā formaſſe faciem, eò quòd domi maximam partem ſe contineant, atque ideò operimento ad frigus æſtumque propellendum minus indigerent. De Phidia illuſtri pictore legimus, Eum Venerem pinxiſſe, ſupra Teſtudinem ſtantem. ut eo ipſo ſignificaret, quemadmodum animal iſtud conchā ſuam ſemper ſecum fert, & quidem absque ſtrepitu, ita & mulierem intra muros ſuos debere conſiſtere. Quam in rem Alciatus ſequentes compoſuit verſus:

Alma Venus, quanam hac facies? quid denotat illa
Teſtudo, molli quam pede Diva premis?
Me ſic effinxit Phidias, ſexumque referri
Fœmineum noſtra juſſit ab effigie.
Quodque manere domi, & tacitas decet eſſe puellas,
Suppoſuit pedibus talia ſigna meis.

Plutarchus narrat, uſitatum fuiſſe Ægyptiis mulieribus, absque calceis nudas incedere: ut ita foris evagandi occaſio ipſis eſſet præciſa. Lycurgus graviſſima irrogata pœna mandavit

vit Lacedæmoniis, ut non niſi ſtatis quibusdam feſtis domo egredi permitterent fœminis. His enim, dicebat, aut in templis ad preces Diis fundendas; aut domi verſandum eſſe, ad liberos probè educandos. Vagabundas ſiquidem fœminas neque Maritis vtiles eſſe, neque ullam ſibi ipſis auctoritatem acquirere. Quam in ſententiam & Cato Cenſorinus ordinavit, ut Nulla matrona Romana etiam interdiu domo exiret ſola: & ut comites ei à Marito & parentibus deſignarentur. Quemadmodum enim hodiè Mulierem diſſolutam torvè intuemur: ita olim quoque idem contingebat ei, cui volupe erat extra ædes crebrius evagari. Eam ob cauſam uxorem repudiavit Sulpitius, itemque Quintus Antiſtius, & Publius Sempronius. Narrat Cornelius Tacitus, Romanis lege inviolabili cautum fuiſſe, ne cuiquam creditorum liceret, abſente Marito, debitum ab uxore exigere. Neque alia id ratione fuit ita ſancitum, quàm ut hoc modo, cura & ſolicitudo foras prodeundi Mulieribus levaretur. Ambitioſa illa Livia, Tyberii Imperatoris mater, nulla de cauſa reprehenſa fuit magis, quàm quòd foris conſpiceretur ſæpius, & cuilibet ipſam ſalutaturo ædium ingreſſum permitteret. De ea Valerius Flaccus ita canit:

Honorii & Arcadii ſorore memoriæ eſt proditum. Hæc enim capta ab Alarico Gotthorum Rege & poſteà Attaulpho, Alarici ſucceſſori, homini impio & crudeli matrimonio juncta, cum Maritum animo ſecum deliberaſſe animadverteret, inter alia immania facta, etiam Romam demoliri & ſolo æquare, atque alio in loco rurſum eam exſtruere, Gothiæ nomine novæ Urbi impoſito; ſuaviter & lepidè eum ab hoc propoſito retraxit: ut verè de ea dici poſſit, quòd Romam ab interitu vindicârit. Hoc amplius barbaro perſuaſit marito, ut pacem iniret cum Honorio, & armorum furorem in Galliam & Hiſpaniam converteret, ſuâ Italiæ quiete relictâ. Atque ita in muliere iſta maſculus & virilis vigor verè enituit. Proinde ſi qua maritum intolerabilem & ferocem nacta fuerit fœmina, non omnem propterea ſpem deponat, nec benignam ac humanam ſeſe illi exhibere ceſſet: ſed certò ſibi perſuadeat potius, ſe patientiâ facilè eum ad alios reducturam eſſe mores.

Noverca. Quod ſi contigerit, ut nupta Mulier in Mariti ædibus liberos prioris matrimonii inveniat: ſciat utique, ſicuti naturalis inimicitia inter Novercam & liberos illos videtur intercedere; ita dignam ſe ſingulari laude futuram, ſi benignam ſe illis exhibuerit, & non

tam

tam ſicto, quàm vero amore eos fuerit proſequuta, exemplo Theanûs Antenoris uxoris; itemq; novercæ Cornelii Syllæ; atque fabuloſæ illius Eriboeæ Martis novercæ, quem ipſa Mercurii ope vinculis exſolvit, quibus eum Otho & Ephialtes tredecim menſes cõſtrictum tenuerant: & aliarum item Novercarum, quæ in privignos ipſis genuinis matribus humaniores & benigniores exſtiterunt.

Vxor amabilis ſit, ſed non laſciva.

Uxor itaque Marito amabilem ſive benevolam ſe præſtet, atque morigeram & obedientem: nec ſatagat eum quandoque factis aut dictis mordacibus vincere: quovis loco ei cedat: domi foriſque eum honoret: atq; omni tempore, quo cũ ipſo quantumvis etiã ſola eſt, nunquam liciti illius joci luſúſque terminos excedat, aut ad laſciviæ confinia pertingat. Mulier enim in actibus illis laſciviéns, præterquam quòd ipſamet neſcio quam ſuſpicionem de ſe apud Maritum excitat, facit etiam, ut multi ſiniſtrè de ipſa ſentiant. Sic fiet ut à viro parum ametur, & ab aliis fictè laudetur. Debet quinimò inter ipſas quàm maximè etiam ſecretas illecebras vel ſola quoque legitimam ſuam tueri auctoritatem, nec marito ſeſe offerre inſtar effrenis & impudicæ meretricis; ſed lætam ſe ei præbere, veluti caſtam decet uxorẽ, & exactum conju-

gale illud officium ſuaviter ei præſtare. Nec enim quicquam eſt, quod Mulieri magis vitio verti poſſit, quàm ſi ita cũ Marito ſoleat, ac ſi adultero facere velit delicias. Etſi enim ſanctum illud Matrimonii vinculum multa alioquin illicita, videtur facere licita: non tamen propterea & vitium permittit ullum.

Vxor familiam curet. Procuret quoque uxor continuè familiæ bonum, auxiliatricem marito manum porrigens, & utilem domui operam navãs: id enim potentiſſimum erit remedium gratiæ illius ſibi conciliandæ. Conſideret, ex duabus factam eſſe domum unam, unamq; familiam, à ſe pariter ita regendam, ut mulier earum rerum curam ſuſcipiat, quæ ſub tecto intra ædium muros ſunt expediendę. *Probam mulierem*, dicit Ariſtoteles, *omnibus quæ ſunt intus, dominari oportet.* Unde de Ægyptiorũ populis Diodorus narrat, quòd foris extra ædes Leges tractarint & arma: domeſticum autem imperium Mulieribus reliquerint. Idque rerum naturalium indagatores referunt, etiam fera obſervare animalia, quæ licet avida ſint, & rapacia (ut Lupi & Pantheræ) nec unquam cupiditatem & voracitatem ſuam deponant: nihilo tamen minus in privatis cavernis gubernationem relinquunt fœminis: quæ & cibos parvulis ſuis diſtribuunt, & receptacula ſive penetralia illa mundant, ac ſobolem nutriunt.

triunt. Quanto magis igitur Mulieribus, rationis dote præditis hoc erit conveniens? Officia verò quæ domi expedienda ſunt (inquit Philoſophus ille) circa tria verſantur: circa Liberorum educationem, Grani cõſervationem, & Lanæ texturam. quo loco per Liberos, omnium hominum curam intelligit; per Granum, quodlibet victus cibique genus; per Lanæ texturam, quamlibet muliebris exercitii, quod manuum miniſterio perficitur, ſpeciem. In his itaque fœmina utilem præſtet operam. Hinc forſan conſuetudine in Macedonia obtinuit, ut ſponſus ſponſæ particulam panis porrigeret: ſicuti Alexandrum feciſſe proditum eſt, cum *Roſanam* ſibi deſponſavit: ut eo demonſtraretur, debere ſponſam peculiarē rei familiaris curam ſuſcipere. In hanc igitur curā intendat, in hac ſeſe exerceat, & veluti habitum contrahat: nõ autem faſtidium Marito creet, nunc hanc vel illam veſtem, nunc cathenam exigendo: ut multæ faciũt, neq; præſentia, neq; futura etjam tempora conſiderantes, atq; animo ſecũ perpendentes parum, etiam opes illas, quæ jam præ manibus forte ſunt, fortunæ inclementia facile poſſe expugnari.

Vxoris officium.

In veſtitu & corporis ornatu modeſta debet eſſe fœmina, & nec ſumptuoſo uti habitu, quantumvis etiam legibus aut

Ornatus Mulieris qualis.

morib. permiſſo. Nec enim opulentæ dotes, & pretioſa veſtimenta, aut corporis pulchritudo æquè commendabilem reddunt fœminam, atque Modeſtia: quæ in dictis, factis, continentia & veſtimentis conſiſtit. *Ornamentum* (dicebat Crates Philoſophus) *eſt illud quod ornat.* Illud verò ornat fœminam, quod eam quàm maximè honorandam repræſentat. Id quod nec gemmæ aut aureæ armillæ faciunt, nec Smaragdi aut alii precioſi lapides, nec etiam veſtes purpurâ aut auro intertextæ; verùm, ſi ſapiens illa fuerit, humilis, honeſta & pudica.

Mulieri ornamentum Mores, non aurum.

Fœminæ quæ curioſè faciem fuco illinunt, & corpus pompoſis ornamentis locupletant, viros diſſolutiores reddunt & ad lubricitatem propenſos, maximè quando mammillas oſtentant, & oculos huc illuc licentius detorquendo veluti ejaculantur: ſicuti è diverſo prudens fœmina continentiæ ſuæ honeſtate & humili atq; demiſſo adſpectu omnes qui eam intuentur, in ſui admirationem trahit, & marito ſummam voluptatem parit. At mammæ apertæ, pectus nudum, capilli criſpi, vel calamiſtrati, fucata facies, & odoramenta, inprimis verò oculi vagi, & adſpectus laſcivus atque impudicus, adulterii, unde proficiſcun-

ficiſcuntur, argumenta ſunt. Ideoque nunquam non digna Chriſtianis cenſenda erit Lex illa, Locrenſibus à Zeleuco rogata,& à Diodoro relata *lib. 12. Biblioth.* qua non niſi fœminis adulteris licitum erat aurum portare& fimbriam: ut ab aliis hoc modo dignoſcerentur,& Cives honeſtæ à vanis iſtiusmodi pompis abſtraherentur. Hinc dicere ſolebat Euripides, ſe non intelligere, quam ob cauſam Mulier forás egreſſura magis quàm domi mãſura ſe exornet, niſi malum aliquod eo ipſo moliretur. Ac ſciamus, Romæ (ſi Livio credimus) Minutiam & Claudiam Virgines Veſtales, ob mundiorem juſto cultum pro impudicis fuiſſe habitas, & ad mortem condemnatas: ſed novis quibusdam miraculis à Diis defenſas. Laude itaque ſatis digna fuit ſapientis illius Philonis uxor; quæ ut maximus Philoſophus & Martyr *in locis communibus* recenſet, interrogata, cur inter alias mulieres ipſa quoque auro ornata non incederet? Satis, inquit, me exornat & pulchram facit Mariti mei dignitas& virtus. Eſt enim Maritus verum uxoris ornamentum: & divitiæ ipſius ſunt liberi. Hinc laudata ab Æliano fuit *Aſpaſia*, Cyri primum, pòſt deinde & Artaxerxis uxor, quòd non ſolum pulcherrima ſui temporis in regione illa fuerit, verum etiam veſtitui non multum indulſerit.

Id

Id quod omnes pariter imitari debent fœminæ, atq; ita ſe veſtire, ut potius cutem & carnem tegendo cooperiant, atque perſonæ ſuæ formam exornent, quàm ut pompoſæ videantur. Hæ enim malum de ſe odorem omnibus relinquunt.

Mulieres procul ſint à ludis.

Advertat quoque fœmina, præclari nominis atque exiſtimationis cupida, ne Ludos, Feſta & Convivia amet, niſi quatenus officium, ſocietas & locus hæc ei permittunt. Maximũ enim hæc caſtitati & honori damnum inferunt, ob perſonarum quæ ibi inveniuntur, diverſitatem. Ideò Parthi raro admodum in virorum conſpectum prodire ſinebant Mulieres honeſtas: & ad convivia non niſi meretrices vocabantur. ut referunt Juſtinus *lib. 14. Hyſtor.* & Macrobius *lib. 7. Saturnal.* Athenienſes non permittebant fœminis publicum ingredi palatium, in quo Reipub. impenſis Viri egregii nutriebantur: eò quod magna ibi eſſet hominum frequentia. Liceat ſanè uxori, domi Marito exſiſtente, ut ab aliis quandoque conſpiciatur: at ipſo abſente, quantum maximè fieri poterit, in abſconſo lateat. Quod ſi Mulieri in ædibus hoc obſervandum: quid dicemus de ea, quæ domo fuerit egreſſa? Tyndarus Spartanus ſimulachro Veneris Morphiæ pedicas impoſuit, ut per illas denotaret, Mulieres domi manere debere,

domi ſe contineant.

bere, Maritorum dicto audientes. Nam quæ Campeſtria & fora frequentat mulier, non admodum profectò ædium ſuarum muros amat: at quæ familiæ ſuæ curam habet, ea vicos & aliorum ſalutare ædes non valdè ſatagit, Thucydides dicebat, Mulierem vix à vicinis debere eſſe cognitam. Maxima quippe fœminæ virtus eſt (dixit Eubides) à nullo alio quàm Marito noſci. Atq; eò reſpexit Gregorius Nazianzenus, cum dixit:

Laudo ex fœminis, quas Mares minimè norunt.

Argeus itaq; (ut Plutarchus refert in Apophtegmatis) cum quidam non ſuas, ſed alienas laudarent uxores: Mehercule inquit, de pulchris & honeſtis mulieribus nihil temerè dici, ſed quales eæ ſint, omnibus extra Maritos ignotum eſſe oportebat.

Heroicum muliebris virtutis exemplum habemus in Duillij Romani uxore, (Plutarchus id *Bilia* Hieronis Syracuſiæ Regis cõjugi tribuit) Nam cũ hic ex inimico audiviſſet primum, ſibi fœtere os: ideoq; apud uxorem queſtus eſſet, cur non cõmonuiſſet, ut huic vitio mederetur? Feciſſem, inquit illa, niſi putaſſem omnibus viris ſic os olere. Simplicitate hac ſua oſtendens, ſe, præter maritum, cum nullo virorum fuiſſe converſatam. Suetonius Trãquillus narrat, Auguſtum filias & neptes

neptes extraneorum cœtu adeo prohibuiſſe, ut L. Tucinio, claro, decoroque juveni ſcripſerit, quōdam parum modeſtè feciſſe eum, quòd filiā ſuam Bajas ſalutatū veniſſet. Galenus *lib.11. de uſu partium*, credit, Naturā mulieribus glabrā formaſſe faciem, eò quòd domi maximam partem ſe contineant, atque ideò operimento ad frigus æſtumque propellendum minus indigerent. De Phidia illuſtri pictore legimus, Eum Venerem pinxiſſe, ſupra Teſtudinem ſtantem. ut eo ipſo ſignificaret, quemadmodum animal iſtud conchā ſuam ſemper ſecum fert, & quidem abſque ſtrepitu, ita & mulierem intra muros ſuos debere conſiſtere. Quam in rem Alciatus ſequentes compoſuit verſus:

Alma Venus, quanam hac facies? quid denotat illa
Teſtudo, molli quam pede Diva premis?
Me ſic effinxit Phidias, ſexumque referri
Fœmineum noſtra juſſit ab effigie.
Quodque manere domi, & tacitas decet eſſe puellas,
Suppoſuit pedibus talia ſigna meis.

Plutarchus narrat, uſitatum fuiſſe Ægyptiis muleribus, abſque calceis nudas incedere: ut ita foris evagandi occaſio ipſis eſſet præciſa. Lycurgus graviſſima irrogata pœna mandavit

vit Lacedæmoniis, ut non niſi ſtatis quibusdam feſtis domo egredi permitterent fœminis. His enim, dicebat, aut in templis ad preces Diis fundendas; aut domi verſandum eſſe, ad liberos probè educandos. Vagabundas ſiquidem fœminas neque Maritis vtiles eſſe, neque ullam ſibi ipſis auctoritatem acquirere. Quam in ſententiam & Cato Cenſorinus ordinavit, ut Nulla matrona Romana etiam interdiu domo exiret ſola: & ut comites ei à Marito & parentibus deſignarentur. Quemadmodum enim hodiè Mulierem diſſolutam torvè intuemur: ita olim quoque idem contingebat ei, cui volupe erat extra ædes crebrius evagari. Eam ob cauſam uxorem repudiavit Sulpitius, itemque Quintus Antiſtius, & Publius Sempronius. Narrat Cornelius Tacitus, Romanis lege inviolabili cautum fuiſſe, ne cuiquam creditorum liceret, abſente Marito, debitum ab uxore exigere. Neque alia id ratione fuit ita ſancitum, quàm ut hoc modo, cura & ſolicitudo foras prodeundi Mulieribus levaretur. Ambitioſa illa Livia, Tyberii Imperatoris mater, nulla de cauſa reprehenſa fuit magis, quàm quòd foris conſpiceretur ſæpius, & cuilibet ipſam ſalutaturo ædium ingreſſum permitteret. De ea Valerius Flaccus ita canit:

Honorii & Arcadii ſorore memoriæ eſt proditum. Hæc enim capta ab Alarico Gotthorum Rege & poſteà Attaulpho, Alarici ſucceſſori, homini impio & crudeli matrimonio juncta, cum Maritum animo ſecum deliberaſſe animadverteret, inter alia immania facta, etiam Romam demoliri & ſolo æquare, atque alio in loco rurſum eam exſtruere, Gothiæ nomine novæ Urbi impoſito; ſuaviter & lepidè eum ab hoc propoſito retraxit: ut verè de ea dici poſſit, quòd Romam ab interitu vindicârit. Hoc amplius barbaro perſuaſit marito, ut pacem iniret cum Honorio, & armorum furorem in Galliam & Hiſpaniam converteret, ſuâ Italiæ quiete relictâ. Atque ita in muliere iſta maſculus & virilis vigor verè enituit. Proinde ſi qua maritum intolerabilem & ferocem nacta fuerit fœmina, non omnem propterea ſpem deponat, nec benignam ac humanam ſeſe illi exhibere ceſſet: ſed certò ſibi perſuadeat potius, ſe patientiâ facilè eum ad alios reducturam eſſe mores.

Noverca. Quod ſi contigerit, ut nupta Mulier in Mariti ædibus liberos prioris matrimonii inveniat: ſciat utique, ſicuti naturalis inimicitia inter Novercam & liberos illos videtur intercedere; ita dignam ſe ſingulari laude futuram, ſi benignam ſe illis exhibuerit, & non tam

tam ficto, quàm vero amore eos fuerit proſequuta, exemplo Theanûs Antenoris uxoris; itemq; novercæ Cornelii Syllæ; atque fabuloſæ illius Eriboeæ Martis novercæ, quem ipſa Mercurii ope vinculis exſolvit, quibus eum Otho & Ephialtes tredecim menſes cõſtrictum tenuerant: & aliarum item Novercarum, quæ in privignos ipſis genuinis matribus humaniores & benigniores exſtiterunt.

Vxor amabilis ſit, ſed non laſciva.

Uxor itaque Marito amabilem ſive benevolam ſe præſtet, atque morigeram & obedientem: nec ſatagat eum quandoque factis aut dictis mordacibus vincere: quovis loco ei cedat: domi foriſque eum honoret: atq; omni tempore, quo cũ ipſo quantumvis etiã ſola eſt, nunquam liciti illius joci luſúſque terminos excedat, aut ad laſciviæ confinia pertingat. Mulier enim in actibus illis laſciviens, præterquam quòd ipſamet neſcio quam ſuſpicionem de ſe apud Maritum excitat, facit etiam, ut multi ſiniſtrè de ipſa ſentiant. Sic fiet ut à viro parum ametur, & ab aliis fictè laudetur. Debet quinimò inter ipſas quàm maximè etiam ſecretas illecebras vel ſola quoque legitimam ſuam tueri auctoritatem, nec marito ſeſe offerre inſtar effrenis & impudicæ meretricis; ſed lætam ſe ei præbere, veluti caſtam decet uxorẽ, & exactum conju-

gale illud officium ſuaviter ei præſtare. Nec enim quicquam eſt, quod Mulieri magis vitio verti poſſit, quàm ſi ita cũ Marito ſoleat, ac ſi adultero facere velit delicias. Etſi enim ſanctum illud Matrimonii vinculum multa alioquin illicita, videtur facere licita: non tamen propterea & vitium permittit ullum.

Uxor familiam curet.

Procuret quoque uxor continuè familiæ bonum, auxiliatricem marito manum porrigens, & utilem domui operam navãs: id enim potentiſſimum erit remedium gratiæ illius ſibi conciliandæ. Conſideret, ex duabus factam eſſe domum unam, unamq; familiam, à ſe pariter ita regendam, ut mulier earum rerum curam ſuſcipiat, quæ ſub tecto intra ædium muros ſunt expediendę. *Probam mulierem*, dicit Ariſtoteles, *omnibus quæ ſunt intus, dominari oportet*. Unde de Ægyptiorũ populis Diodorus narrat, quòd foris extra ædes Leges tractarint & arma: domeſticum autem imperium Mulieribus reliquerint. Idque rerum naturalium indagatores referunt, etiam fera obſervare animalia, quæ licet avida ſint, & rapacia (ut Lupi & Pantheræ) nec unquam cupiditatem & voracitatem ſuam deponant: nihilo tamen minus in privatis cavernis gubernationem relinquunt fœminis: quæ & cibos parvulis ſuis diſtribuunt, & receptacula ſive penetralia illa mundant, ac ſobolem nutriunt.

Digitized by Google

triunt. Quanto magis igitur Mulieribus, rationis dote præditis hoc erit conveniens? Officia verò quæ domi expedienda ſunt (inquit Philoſophus ille) circa tria verſantur: circa Liberorum educationem, Grani cõſervationem, & Lanæ texturam. quo loco per Liberos, omnium hominum curam intelligit; per Granum, quodlibet victus cibique genus; per Lanæ texturam, quamlibet muliebris exercitii, quod manuum miniſterio perficitur, ſpeciem. In his itaque fœmina utilem præſtet operam. Hinc forſan conſuetudine in Macedonia obtinuit, ut ſponſus ſponſæ particulam panis porrigeret: ſicuti Alexandrum feciſſe proditum eſt, cum *Roſanam* ſibi deſponſavit: ut eo demonſtraretur, debere ſponſam peculiarẽ rei familiaris curam ſuſcipere. In hanc igitur curã intendat, in hac ſeſe exerceat, & veluti habitum contrahat: nõ autem faſtidium Marito creet, nunc hanc vel illam veſtem, nunc cathenam exigendo: ut multæ faciũt, neq; præſentia, neq; futura etjam tempora conſiderantes, atq; animo ſecũ perpendentes parum, etiam opes illas, quæ jam præ manibus forte ſunt, fortunæ inclementia facile poſſe expugnari. *Vxoris officium.*

In veſtitu & corporis ornatu modeſta debet eſſe fœmina, & nec ſumptuoſo uti habitu, quantumvis etiam legibus aut *Ornatus Mulieris qualis.*

morib. permiſſo. Nec enim opulentæ dotes, & pretioſa veſtimenta, aut corporis pulchritudo æquè commendabilem reddunt fœminam, atque Modeſtia: quæ in dictis, factis, continentia & veſtimentis conſiſtit. *Ornamentum* (dicebat Crates Philoſophus) *eſt illud quod ornat*. Illud verò ornat fœminam, quod eam quàm maximè honorandam repræſentat. Id quod nec gemmæ aut aureæ armillæ faciunt, nec Smaragdi aut alii precioſi lapides, nec etiam veſtes purpurâ aut auro intertextæ; verùm, ſi ſapiens illa fuerit, humilis, honeſta & pudica.

Mulieri ornamentum Mores, non aurum.

Fœminæ quæ curioſè faciem fuco illinunt, & corpus pompoſis ornamentis locupletant, viros diſſolutiores reddunt & ad lubricitatem propenſos, maximè quando mammillas oſtentant, & oculos huc illuc licentius detorquendo veluti ejaculantur: ſicuti è diverſo prudens fœmina continentiæ ſuæ honeſtate & humili atq; demiſſo adſpectu omnes qui eam intuentur, in ſui admirationem trahit, & marito ſummam voluptatem parit. At mammæ apertæ, pectus nudum, capilli criſpi, vel calamiſtrati, fucata facies, & odoramenta, inprimis verò oculi vagi, & adſpectus laſcivus atque impudicus, adulterii, unde proficiſcun-

ficiſcuntur, argumenta ſunt. Ideoque nunquam non digna Chriſtianis cenſenda erit Lex illa, Locrenſibus à Zeleuco rogata, & à Diodoro relata *lib. 12. Biblioth.* qua non niſi fœminis adulteris licitum erat aurum portare & fimbriam: ut ab aliis hoc modo dignoſcerentur, & Cives honeſtæ à vanis iſtiusmodi pompis abſtraherentur. Hinc dicere ſolebat Euripides, ſe non intelligere, quam ob cauſam Mulier forâs egreſſura magis quàm domi mãſura ſe exornet, niſi malum aliquod eo ipſo moliretur. Ac ſciamus, Romæ (ſi Livio credimus) Minutiam & Claudiam Virgines Veſtales, ob mundiorem juſto cultum pro impudicis fuiſſe habitas, & ad mortem condemnatas: ſed novis quibusdam miraculis à Diis defenſas. Laude itaque ſatis digna fuit ſapientis illius Philonis uxor; quæ ut maximus Philoſophus & Martyr *in locis communibus* recenſet, interrogata, cur inter alias mulieres ipſa quoque auro ornata non incederet? Satis, inquit, me exornat & pulchram facit Mariti mei dignitas & virtus. Eſt enim Maritus verum uxoris ornamentum: & divitiæ ipſius ſunt liberi. Hinc laudata ab Æliano fuit *Aſpaſia*, Cyri primum, pòſt deinde & Artaxerxis uxor, quòd non ſolum pulcherrima ſui temporis in regione illa fuerit, verum etiam veſtitui non multum indulſerit.

Id

Id quod omnes pariter imitari debent fœminæ, atq; ita ſe veſtire, ut potius cutem & carnem tegendo cooperiant, atque perſonæ ſuæ formam exornent, quàm ut pompoſæ videantur. Hæ enim malum de ſe odorem omnibus relinquunt.

Mulieres procul ſint à ludis.

Advertat quoque fœmina, præclari nominis atque exiſtimationis cupida, ne Ludos, Feſta & Convivia amet, niſi quatenus officium, ſocietas & locus hæc ei permittunt. Maximũ enim hæc caſtitati & honori damnum inferunt, ob perſonarum quæ ibi inveniuntur, diverſitatem. Ideò Parthi rarò admodum in virorum conſpectum prodire ſinebant Mulieres honeſtas: & ad convivia non niſi meretrices vocabantur. ut referunt Juſtinus *lib. 14. Hyſtor.* & Macrobius *lib. 7. Saturnal.* Athenienſes non permittebant fœminis publicum ingredi palatium, in quo Reipub. impenſis Viri egregii nutriebantur: eò quod magna ibi eſſet hominum frequentia. Liceat ſanè uxori, domi Marito exſiſtente, ut ab aliis quandoque conſpiciatur: at ipſo abſente, quantum maximè fieri poterit, in abſconſo lateat. Quod ſi Mulieri in ædibus hoc obſervandum: quid dicemus de ea, quæ domo fuerit egreſſa? Tyndarus Spartanus ſimulachro Veneris Morphiæ pedicas impoſuit, ut per illas denotaret, Mulieres domi manere debere,

domi ſe contineant.

bere, Maritorum dicto audientes. Nam quæ Campeſtria & fora frequentat mulier, non admodum profectò ædium ſuarum muros amat: at quæ familiæ ſuæ curam habet, ea vicos & aliorum ſalutare ædes non valdè ſatagit, Thucydides dicebat, Mulierem vix à vicinis debere eſſe cognitam. Maxima quippe fœminæ virtus eſt (dixit Eubides) à nullo alio quàm Marito noſci. Atq; eò reſpexit Gregorius Nazianzenus, cum dixit:

Laudò ex fœminis, quas Mares minimè norunt.

Atgeus itaq; (ut Plutarchus refert in Apophtegmatis) cum quidam non ſuas, ſed alienas laudarent uxores: Mehercule inquit, de pulchris & honeſtis mulieribus nihil temerè dici, ſed quales eæ ſint, omnibus extra Maritos ignotum eſſe oportebat.

Heroicum muliebris virtutis exemplum habemus in Duillij Romani uxore, (Plutarchus id *Bilia* Hieronis Syracuſiæ Regis cõjugi tribuit) Nam cũ hic ex inimico audiviſſet primum, ſibi fœtere os: ideoq; apud uxorem queſtus eſſet, cur non cõmonuiſſet, ut huic vitio mederetur? Feciſſem, inquit illa, niſi putaſſem omnibus viris ſic os olere. Simplicitate hac ſua oſtendens, ſe, præter maritum, cum nullo virorum fuiſſe converſatam. Suetonius Trãquillus narrat, Auguſtum filias & neptes

vit Lacedæmoniis, ut non niſi ſtatis quibusdam feſtis domo egredi permitterent fœminis. His enim, dicebat, aut in templis ad preces Diis fundendas; aut domi verſandum eſſe, ad liberos probè educandos. Vagabundas ſiquidem fœminas neque Maritis vtiles eſſe, neque ullam ſibi ipſis auctoritatem acquirere. Quam in ſententiam & Cato Cenſorinus ordinavit, ut Nulla matrona Romana etiam interdiu domo exiret ſola: & ut comites ei à Marito & parentibus deſignarentur. Quemadmodum enim hodiè Mulierem diſſolutam torvè intuemur: ita olim quoque idem contingebat ei, cui volupe erat extra ædes crebrius evagari. Eam ob cauſam uxorem repudiavit Sulpitius, itemque Quintus Antiſtius, & Publius Sempronius. Narrat Cornelius Tacitus, Romanis lege inviolabili cautum fuiſſe, ne cuiquam creditorum liceret, abſente Marito, debitum ab uxore exigere. Neque alia id ratione fuit ita ſancitum, quàm ut hoc modo, cura & ſolicitudo foras prodeundi Mulieribus levaretur. Ambitioſa illa Livia, Tyberii Imperatoris mater, nulla de cauſa reprehenſa fuit magis, quàm quòd foris conſpiceretur ſæpius, & cuilibet ipſam ſalutaturo ædium ingreſſum permitteret. De ea Valerius Flaccus ita canit:

Caſta , nec antiquis cedens Lævina Sabinis,
Et quamvis tetrico triſtior ipſa viro,
Dum modò Lucrino, modò ſe committit Averno,
Et dum Bajanis ſæpe fovetur aquis:
Incidit in flammas, juvenemque ſequuta, relicto
Conjuge; Penelope venit, abeſt Helena.

Homerus contrà piam illam Nauſicaen Regis Alcinoi filiam introducens, quę Ulyſſem, ubi Reginam matrem inventurus ſit, docuerit: Ad ignem, inquit, eam invenies inter famulas ſedentem & tenuem texentem lanam. Seneca cognatam quandam ſuā laudat, quod Marito ſedecim annos in Ægypto agente, nunquam in publico fuerit conſpecta, & neminem virorum in ædes ſuas receperit.

Prudens fœmina inhoneſtis mulieribus aures ne præbeat.

Non debet etiam prudens fœmina familiaribus ſive domeſticis & blandiloquis mulieribus præbere aures. Sunt enim multæ aſtutiſſimæ adulatrices, quæ verbis approbantes atque exhortantes ad id quod placet, nimis affectata & delicata ſervitute Matremfamilias in varia & extrema trahunt pericula.

eas à ſe abigat.

Ejusmodi peſtiferas mulieres abigat à ſe uxor caſta, & honorata fœmina, atque animo ſuo firmæ & conſtantis pudicitiæ habitum ita accommodet, ut ſi quandoque verbum ali-

aliquod laſcivum, aut inhoneſtum ſpectaculum forte fortuna aures oculosque ejus, præter ipſius voluntatem, percellat, tum ita ſeſe componat, ut absque ullo conturbationis indicio, exiſtimetur illud, neque vidiſſe, neque intellexiſſe, aut certè nihil curaſſe. Sic Livia, poſtcà quam ei fortè obviam fuiſſent facti viri nudi, nihil hoc mota porrò fuit progreſſa. Cæterum cum illi à Magiſtratibus præhenſi, & ob delictum iſtud morti fuiſſent adjudicati; ipſa commiſeratione ducta liberationẽ eis impetravit, *Honeſtæ fœminæ perindè eſſe*, dicens, *virum adſpicere nudum, ac ſi ſtatuam intueretur*. Quo ipſo etiam oſtendit, quàm conveniens ſit, eximię fœminę Miſericordia, & propriæ injuriæ Remiſſio. Prætereà caveat quoque Mulier, ne unquam, ubi ubi etiam locorum ſit, ullam corporis partem, ultrà quàm honeſtatis ratio patitur, detectam aliorum conſpectui exponat: ne alii deſiderio illius rei ſtimulentur, quam honeſte obtinere nequeunt: Hinc illa proverbialis ſententia: *Mulieris honor in ſubucula* ſive induſio: non denudando ſcilicet aliis carnem, ut ſapiens ille interpretatur. Theodoretur *in lib. de virtute activa*, Lyſidicen laudat & Philetæriam, quod illa lotura nunquam ſe veſtitu præſentib. aliis fœminis exſuerit; hæc verò nõ aliter ſe nudarit, quã ut pauxillatim aquę ſe immit-

Honeſta mulier nullam corporis ſui partem aliis oſtendat.

tens eâ tegeretur. Ipſe vero Heſiodus ne noctu quidem voluit denudari fœminam: Nocturnos enim, dicebat, adeſſe Deos, à quibus conſpiceretur:

Ac quiſcunque locis ſis, noctu mejere eundo,
Nudatusve cave: nam DIS ſacra quoque noctes.

Non igitur absq; ratione veteres reprehenſi fuerunt Romani, quòd permiſerint quandoque Comœdiis nudas intereſſe fœminas. Reprehenſus quoque fuit Tiberius Imperator, quòd menſæ adminiſtrantes mulieres habuerit nudas. Id quod & Clearchum, & infame illud monſtrum Heliogabalum factitaſſe conſtat: qui ſcelerum ſuorum turpitudinem etiam hoc auxit, quod nudus currui inſidens à mulieribus nudis publicè veheretur. Sed hodiè laudandi verè ſunt totius ferè Italiæ mores, quandoquidem non niſi operta facie prodeunt viſendæ in publicum puellæ. Hinc de Virginibus Patavinis Martialis:

Tu quoque nequitias noſtri luſusque libelli
Uda puella leges, ſis Patavina licet.

& Plinius de iisdem: *Habet aviam maternam, Serranam Proculam. Noſti loci mores. Serrana tamen Patavinis quoq; ſeveritatis exemplum eſt.*

Perſarum mulieres fa. Perſi noluerunt viros mulierum faciem intueri

tueri poſſe: ideoque mandarunt his, ut vultu eſſent cooperto. Spartani virginibus quidem permittebant, facie eſſe aperta, ſed modicè: uxoribus autem non niſi tectâ eâ integrum erat incedere. Cujus rei rationem adſignans Chærilus: Virginibus ait, viros ſibi quærere neceſſarium ſit: Mulieribus autem, quos compararint, cuſtodire. Et Tertullianus *in lib. de Virginibus velandis*, de Arabiæ fœminis ſcribit: *Arabiæ fœminas non caput tantum, ſed faciem quoque ita totam tegere, ut uno oculo libero contentæ ſint dimidiam frui lucem.* Non ſatis porrò erit fœminæ corpus tegere, niſi & tegmen ſive indumentum illud tale ſit, ut venuſtatem quandam in ea oſtendat, non verò etiam fatuitatis ineptias. Sappho igitur nimiam Andromedæ veſtium veluti caudam per terram poſt ſe trahentis gravitatem irridens, ita canebat: *cie erant operta.*

Deleniet quis tam rudem unquam fœminæ
Mentem, politè quæ ſuper calcaneum
Neſcit tenere amictum?

Omninò ita comparatæ ſint veſtes, ut corpus abſcondendo, animi vanitatem enormi illa pompa non detegant. Non parum enim ſuſpicionis de ſe concitat mulier, quæ pompoſis veſtimentis & nimio cultu nitet. Exteriores ſiquidem deliciæ ſemper pro abundantibus fuerunt habitæ, & indicium præterea *Deliciæ exteriores, nimia.*

præbuerunt animi inconſtantis & levis, ea in Muliere, quæ nunquam non ſolicitatur, quomodo venuſta apparere, & aliis admirationi eſſe poſſit. Cujuſcunque igitur ſtatus ſit Mulier, ita ſe veſtiat, ut pro dignitate mariti, membra quidem honeſtè tegat, at animi laſciviam nequaquam denudet aut aperiat. *Induta ſit fœmina*, ait D. Paulus, *habitu pudoris & caſtitatis*: Pudoris ait, quia vitio hic reſiſtit, & facit, ut virtutis habitus acquiratur: ut dicebat Ambroſius *lib. I. officiorum.* Quocirca Ovidius in Epiſtola quadam ſcripſit.

Non veniunt in idem Pudor atque Amor.

& I, Metamorph.

Quid faciat? crudele, ſuos addicere amores;
Non dare, ſuſpectum: Pudor eſt, qui ſuadeat illinc,
Hinc diſſuadet Amor.

& in Triumpho Cupidinis ait:

Mens bona ducetur manibus poſt terga retortis,
Et Pudor, & caſtris quicquid Amoris abeſt.

Unde bonorum omnium, quibus prudentes & pudicæ aliquot fœminæ præſtiterũt, principem ſemper locum obtinuit, ſi verecundia

ipſis

ipſis non in vita tantùm, ſed & in extremo vitæ halitu fuerit curæ. *Mica* Ariſtodemi Regis filia, mortem oppetitura Megiſtonem rogavit, ne mortuam ſe nudam atque inte-ctam relinqueret. *Olympias* Alexandri mater, militibus ingratis, quibus impius ille Caſ-ſander internecionem ejus mandaverat, au-dacter ivit obviam, atque ictus regio animo excepit, & moriendo propriis ſe capillis & veſte cooperuit, ne qua ſui parte nuda jace-ceret, & malè compoſita. *Polyxena* Priami Regis filia, cum ad Achillis tumulum, ut multi cenſent, jugulanda foret; vel, ut aliis placet, ipſamet ſibi manus allatura eſſet, ita ſe compoſuit, ut lethifero vulnere accepto, ob-voluta & tecta honeſtè poſſet cadere. *Cornelia Romana*, cum ſepulturæ viva traderetur, ſto-la ſua ſe texit. *Lucretia Collatina*, vim ſibi infe-rendo curavit, ut exanime ſuum corpus ho-neſtè procideret. Prætereà *habitu caſtitatis*, ait Paulus: per hanc enim Uxor majorem mariti amorem ſuſcitat, & potitur. Sicuti enim ar-mis, literis & dignitate, viri illuſtres evadunt & incluti: Ita fœmina ſolâ caſtitate & fama bona dignam ſe facit laudabili illa coro-na. Hæc gratiam confert pauperi; fidem diviti; deformem reddit amabilem: pul-chram magis exornat: & ut ſummatim dicam, fœminam in terra facit felicem, in

Caſtitas mulierem reddit felicem.

cœlo beatiſſimam. Nec gravior mulieri obtingere poteſt carcer aut ergaſtulum, quàm ſi peregrina & externa ſe vinciri aut duci patiatur libidine.

Obfirmata igitur in Caſtitate ſemper duret fœmina. Præterquam enim quòd perpetuam hoc modo libertatem ſibi aſſeret, nullam quoque ſanguini ex incerta ſobole maculam adſperget. Quinimò ipſa etiam vitâ cariorem ducat honeſtatam, atq; *Lucretiæ* illius ſemper meminerit, quæ vita ſemet indignã æſtimavit, à Tarquinio vim paſſa. Recordetur & *Sophroniæ* Romanæ; quę ne à Decio Imperatore violaretur, ipſa ſibi manus intulit. Sic & *Germanæ* Cimbrorum mulieres, poſteaquam curribus, quibus contra Marii exercitum munitæ ſtrenuè ſe defenderant, & nec libertatem nec licentiam Religionem ingrediendi à fero Victore obtinere potuerant; noluerunt Romanis prædæ eſſe, ſed vitam caſtè finituræ laqueis ſe ſuſpenderunt. Iſtiuſmodi honeſtatis exempla Mulier conſideret; & mente repoſitam habeat honoratam illam *Spartanarum* vitam: quandoquidem in populo illo, quid adulterium eſſet, ignorabatur.

Mulier paucorum verborum ſit.

Silentium quoq; ſapiens præſtet fœmina. Id enim valde eam adornat: at ſermones vani & futiles honeſtatis florẽ violant. Pauca admodum igitur, quantũ maximè fieri poterit,

ea

ea loquatur, præterquã ſuo cum Marito,atq; de conſenſu ejus & juſſu. Inprimis verò domeſticas curas & neceſſitates clam & in ſecreto habeat minimè eas divulgando. Hoc enim modo, etſi adverſitatis nonnihil, aut dedecus aliquod domui obvenerit; nulla uxori culpa, ſed Marito adſignabitur.

Deniq; ut à Marito ametur Uxor, mores ipſius ſequatur, omnibus aliis valere juſſis. Quò alluſerunt Inſulani Coi: qui ſponſi veſtes cum ſponſæ veſtimentis commutabant, ita ut Vir mulieris, hæc viri habitu ipſo nuptiarum die indueretur. Ac, ut paucis omnia comprehẽdam, debet uxor, quæ ad virtutem nata eſt, & reipſa pręſtare atq; exſequi id vult, ad quod Marito obſtricta tenetur: debet, inquam, in id dare operam, ut omnibus in rebus honeſtis, atq; iis cumprimis, quæ complexioni Mariti conveniunt, ei obſecundare, integrum conſervando amorem, & præ aliis omnibus eum reſpiciendo, itemque naturales ipſius defectus diſſimulando, & prudẽter tolerando. In gubernatione domus ſit prudens, & viribus regimini illius ſufficiens; in nutritione & educatione liberorum diligẽs; vicinis affabilis; honeſtatis amica; & juvenilium levitatum hoſtis acerrima. Obſervet, ne in Mariti conſpectum impudenti cum arrogantia prodeat, non elata, nõ aſpera, nõ mol-

Mores Mariti ſequatur.

Veſtium permutatio apud Coos.

Officium Uxoris.

tis,non veluti inſaniens, (ut multi faciunt) inepta & ſordida proferens verba; ſed ſermone vtatur liberali & urbano , amoris ac ſolatii pleno ; uno eodemque tempore ei ut ſocio & amico adblandiens, atque ſimul eum ut Dominum venerans. Conſideret,in quo ſtatu ſit animus mariti:ac ſi hilarem eum animadverterit, ipſa quoque talem ſe exhibeat, ſuaviter eum excipiat, lepidè cum eo jocetur,prout tempus & locus ferent. Quod ſi commotum nonnihil eum viderit; ſubducat ſe aliquantum; non quidem quòd nolit, ſed quaſi non auſit eum accedere. In his rebus voluptas illa conſiſtit & gaudium, quod Marito conferre poteſt uxor , ut perpetuò cum ipſo vitam agat jucundam. Poſtremò, cum benevolentia ſemper fons & origo ſit omnis illius boni inter Maritum & Uxorem intercedentis;debet ea ex parte Mulieris eſſe quàm maxima:in tantum etiam ut quod juris cum civilis tum gentium ſanctio ſuadet, Maritum, quocunque etiam ſe conferat,ſequi tamen cogatur. *Alceſtes* amor in Admetum maritum talis fuit & tantus, ut mortem ipſa pro vita & ſalute illius paciſceretur.Hinc Juvenalis:

——ſpectant ſubeuntem fata mariti
Alceſten.

Evad-

Evadne, à Martiali quoque commendata, inter exequias Mariti, ſuper oſſa ipſius præ amore in rogum ardentem ſe conjecit. Sed & *Penelope* adeò amavit Ulyſſem, ut totos viginti annos pactam illi ſervaverit caſtitatem, quantumvis admodum à procis ſolicitata: quorum cupiditatem aſtuta inventione textæ atque retextæ telæ in Mariti reditum diſtulit; inexpugnabilis caſtitatis mulier, ac pudicitiæ exemplar.

Felix Admeti conjux, & lectus Ulyſſis: cecinit Propertius. Iſtiusmodi plura, & vel centum, atque etiam mille exempla ſapientium fœminarum poſſent adduci, quæ conjugali amore viros longo poſt ſe intervallo reliquerunt: ut Abigail, Arthemiſia, Argia, Julia, Porcia, Cornelia, & aliæ infinitæ: quibus & Lacedæmoniæ rectè accenſentur. Hæ namque Maritis ipſarum propter conjurationem adverſus patriam initam, ultimo damnatis ſupplicio, veſperi nigro aſſumto amictu, carcerem fuerunt ingreſſæ, poſtremum ſcilicet vale illis dicturę. Poſtea permutato habitu, maritis nigro illo velo opertis è carcere evadendi viam monſtrarunt, Uxoribus ipſis eorum in vicem ibi manentibus. Quo ipſo aliorum pœnam in ſe derivantes & ſecuri percuſſę, ſummam in ipſa morte conſtantiam prę ſe tulerunt.

Pote-

Poterant prætereà ex hiſtoriarum monumentis infinita alia, de ſummo mulierum erga Maritos affectu proferri exempla: quibus demonſtratu facile foret, Viros in amore haud dubiè Mulieribus eſſe inferiores. Sed iſtis, quæ hactenus recenſuimus, & pro Coronide huic Tractatui adjecta ſunt, quilibet acquiescet.

Joachim. Camerarius.

Hæc mihi cum placeant; tu, licet, illa probes.

IN-

INDEX EORUM, QUÆ IN tractatu hoc obſervatu digna ſunt.

A.

Abrahami in uxore vincenda conſilia pag. 106
Adulteria mulierum in maritis punita 144
Ægyptiorum mulieres cur ſine calceis, 176
Æoli filii ſororum mariti, 73
Æqualis uxor ducenda, 111
Æqualitas amicitiæ mater, 111. 119.120.
Ætas belli & veneris eadem 85. matrimonio cõveniens 93. ſponſorum par eſſe debet, 80
Alceſtes, in maritum amor, 186
Alexius Comnenus Zelotypus, 156
Amor laſcivus omnis mali cauſa, 124
Andromache equis mariti pabulum apponit, 167
Anima pulcra in corpore pulcro ſæpè, in deformi rarò 108
Anima humana cum corpore proportio, 100
Archelaus reprehenſus 78
Archidamas propter uxorem deformem punitus, 109
Arete regina marito lectum ſternit, 167
Ariadne zenonem maritũ vivum terra obruit, 143
Argumenta ex etymoducta quid ponderis habeant, 23
Aſpaſia cur laudata, 173
apud Athenienſes quomodo licitæ ſororis & fratris nuptiæ, 74

B.

Biantis reſponſum de uxoribus, 109
à Pittaco inverſum, ibid.
Bigamia quibus populis licita 65. Euripidi improbata, 67.68

C.

Camelus matrem non init, 75
Campanorum ruina unde, 104
Caii Cæſaris factum, 162
Carthaginenſium magnificentia unde, 104
Caſtitas mulierem reddit felicem 183
Catonis Cenſorini lex, 177
Chriſti excellentia quomodò à D. Paulo expreſſa, 23
Cicero reprehenſus, 89
Cimo ſororis conjunx, 73
Claudia virgo veſtalis cur pro impudica habita, 173
Clytemneſtra quamdiu caſta, 144
Cœli clima incolas ſubjectos afficit, 103
Concordia in matrimonio, 54
Continentia donum, rarum, 62
Contrarium quando gaudeat contrario, 120
Convictus improborum damno-

ſus 127
apud Coos cur ſponſi, in nuptiis veſtes mutarint, 184
Cotys Thracum Rex zelotypus, 156
Crates nupturienti ſponſæ vitia ſua detexit, 121
Cybele cur mater omnium, 41
Cypriani error ex Hebraicæ linguæ imperitia, 24

D.

DAnae ne in turri quidem ſecura, 160
Darius ſorori nupſit, 71
Dejaniræ querela, 86
Deiphobus fratris uxorem duxit, 76.77
Deliciæ exteriores nimia in muliere reprehenſæ, 182
Demetrius fratriæ maritus, 77
Demogetes uxorem ducturus oraculum conſulit, 106
Deus rerum & nominum artifex ſummus, 23
Diſſimilibus non convenit, 121
Divortia improbata, 153
Duilli Romani uxor, 175

E.

EQuus matrem ſe ſuam iniiſſe dolens, 75.76
Eva cur non ſimul cum Adamo creata, 13
Evadnes amor conjugalis, 186
Evah & mulierē & ſerpentem notat apud Hebræos, 6
Exempla veterum imitanda, 62

F.

FIliæ uxores Perſis & Aſſyriis, 70
Fœminæ etymon, 4
Forma hominis interior triplex, 28
Fratriarum mariti qui 76. 77. 78. matrimonium quomodò licitum apud Hebræos, 68

G.

GAleottus princeps Forolivienſis, 152
Galla Placida, 167 168
Garamantibus uxores communes 78
Germanarum mulierum facinus, 184

H.

HEbræis fratriam ducere illicitum, 77
Herodes cur à Iohanne reprehenſus,

ſus, ibid

Hercules habitu muliebri, 35

Homeri imprecatio, 87

I.

Iſis fratris conjux, 71

Iunius menſis unde dictus, 88

Iuppiter ſororis maritus, 71.72

Iuſtina adoleſcentula Romana, 155.

L.

Lacedæmonii Archilochi poëmata cur proſcripſerint 137 temerè nubere ſoliti 107. Eorum mos, 69

Laconiorum mos in nubendo ibidem.

Liberi quomodò agniti in uxorum communione 78.79. cur parentibus ſimiles, 17.100. 101

Libererum procreatores à legibus Romanis ornari privilegiis 56. 57.

Libertas pretioſa & ab omnibus deſiderata 12

Limyrniis uxores communes, 79

Livia cur reprehenſa, 177. ejus factum laudabile, 179

Loci nobilitas ad perſonæ nobilitatem pertinet, 24

Locrenſes cur Dionyſii uxorem & filias occiderint 163. eorum lex, 173

Lotharius Franciæ rex ab adultera conjuge Veneno extinctus, 142

Lucas Venetus, in quo omnes beſtiæ manſuetæ, 61

Luna quo remotior à ſole, eò pulcrior, 12

Lycurgi lex de congreſſu maritali, 154. reſponſum de uxore ſua indotata, 116

M.

Maii notatio, 88

Marcus Antonius cur ſenatu motus, 161

Macedoniorum ſponſorum mos, 171

Maritus uxoris corpus non detegat 162. ſua primum vitia corrigat 144. uxorem honoret 135. dominium cum uxore dividat ibidem. non debet ornatus eſſe uxori 151. non abſit ab uxore diutius 152. Zelotypiam vitet 154. præſentibus aliis uxori non abblandiatur 161. quomodò uxorem amare debeat, 122. 123.

uxorem ætate antecedat 99. uxorem abſtineat à virorum impudicorum converſatione 128. ab amicis 129. à colloquiis minus honeſtis 130. à pictur is laſcivis 132. à ludis impudicis 133. à locis publicis 135. à lectione librorũ laſcivorũ 136. à locis ſuſpectis 137. à crapula 138 à ciborum libidinem provocantium eſu 139. ab otio ibid. à peregrinatione, 140

Mariti uxorum impudicitiam diſſimulantes 141. uxorem verberantes quibus incommodis expoſiti 151. 152. qui uxores ſuas Dominas vocent, notantur 116. uxori futura defectum ſuum revelet, 121

Mas immediate immaginem Dei repræſentat 13. quomodo à fœmina differat, 149

Matres quibus uxores, 70

Matrimonium quid, & cur veteribus res infeliciſſima 1. ſervitutis ſpecies, 11. cur ineundum 15. quotuplex ib. quæ habeat mirabilia 16. eſt ſacramentũ, remedium, officium 17. cur ſalutare 19. conſervat mundum & implet paradiſum 20. ab omnibus nationibus receptum 63. quale apud Indos 163. mulieres aſperiores mitigat 64. cur neceſſariũ 20. 62. juvenis eſſe vetulæ improbatum, 87

Matrimonii antiquitas, fructus, prærogatiua 19. contemtores puniti à legibus Romanis 56. à mulieribus Lacænis ibid. finis 61. conditio apud Tharios Perſas, Aſſyrios, 70

Matrimonio ætas conveniens, 93

Meſſalina imperatrix, 160

Mica pudicitia, 183

Morũ varietas ex influxu cœleſti 103. ex abundantia rerum naſcentium, 104

Mulier cur à Deo formata 21. cur ex coſta 25. 26. cur ex coſta Adami 26. 27. cur corpore molliori 146. cur viro formoſior ibid. verberata fit deterior 149. imaginem Dei repræſentat viro mediante 13. à ludis & conviviis abeſſe debet 174. domi ſe contineat ibid. inhoneſtis mulieribus aures non præbeat 178. nullam corporis ſui partem aliis oſtendat 179. paucorum ſit verborũ 184. 185. mores mariti ſequatur 185 marito obediat 163. & ſeqq. maritum vocet Dominum, 165

Mulieri cur comam radere illicitum, 164

Mulieris ornatus, 171. 181

Mulieres quæ quibus exitio fuerint 10. virorum amantiſſimæ quæ 187. impudicè ab ædibus arcendæ 125. laſcivè ſaltantes libidinem

nem accendunt 135. *quæ quos viros gratia vicerint* 35. *bellatrices quæ* 36. 37. *doctæ* 39. *& ſeqq. medicæ* 39. 34. *vates* 50 *ſacerdotes, conſtantes ibi. caſtæ* 51. *Clementes* 53
Mulierum vituperatio 1. *& ſeqq. officium* 185. *nobilitas ratione cauſſæ efficientis & nominis* 22. 23. 24. *ratione loci* 24. *materiæ* 25. *& ſeqq. formæ internæ & externæ* 28. 29. *gratia* 35. *fortitudinis* 36. *habituum ſcientificorum,* 39
Muſarum numerus 45. *nomina, ibid.*
Mutii Manfredi conjugium, 93

N.

NAſamonum ſponſorum impudentia, 79
Nemeſis pœnitentiæ Dea cur alata, 124
Nicoſtrata peritia, 41
Noverca ſic privignis benigna, 168
Nuptiæ confuſæ improbantur, 76
Nuptiæ Pythagoræ exequiæ, 9
Nuptiæ ſecundæ improbantur 67

O.

OLympias moribunda, 183

P.

PAlla cur amoris telis non percuſſa, 140
Penelope cur vidua 86. *ejus caſtitas* 161. *amor adverſus conjugem,* 187
Perſarum mulieres facie operta, 180
Phidias Venerem in teſtudine ſtãtem quare pinxerit, 176
Philonis uxor, 178
Pictura laſciva libidinem excitans, 132
Plautianus cur fatuus habit? 143
Pompejus reprehenſus, 89
Polygamia quibus populis uſurpata 64. *incredibilis incontinentiæ ſignum,* *ibid.*
Polyxenæ caſtitas in morte, 183
Primogenitus quidam ultimũ natum exceſſit annis, 40. 96
Proletariorũ privilegia apud Romanos, 57
Ptolomæus Philadelphus ſororem ſibi deſponſavit, 71
Pulcritudo uxori neceſſaria, 107
Pulcritudo media uxoris propria, 110
Puella nono ætatis anno pariens, 94
Pueri nono & decimo anno generantes *ibid.*
Pythagoræ de matrimonio opinio, 8

R.

ROmani menſe Majo cur non nupſerint 88. *quamobrem*

N

reprehenſi, 180

Romanorum domum redeuntium mos 157

Romuli de matrimonio lex, 27

Roſemunda duos maritos toxico ſuſtulit, 43

S.

Saturnus ſororem ſibi junxit, 72

Scriptoribus quantopere celebrata fœminarum pulcritudo 29. *& ſeqq.*

Senectus naturâ frigida & ſicca 84 *ejus incommoda,* 92

Senes juvenculis mulieribus non jungendi 83. *ad generandum habiles qui fuerint* 90. *ad convictum inepti,* 91

Senex juvencula maritus, ſervus, 93

Sybilla quo ſpiritu agitata 49. *earum numerus, nomina, vaticinia,* 48

Simile ſimili nutritum eo gaudet, 119 120,

Solonis lex de maritandis filiabus, 116. *de congreſſu maritali,* 154

Sophocles cur de ſenectute ſibi gratulatus, 85

Sorores quibus uxores 70. *& ſeqq.*

Spartani quid adulterium eſſet ignorabant. 184

Sponſa Romana mos, 27

Stella curſus ſuos ſola perficiunt, 13

T.

Theodelina maritos mitiores reddidit, 167

Tiberius reprehenſus, 180

Tyndarus cur veneri pedicas impoſuerit, 174

Tyrrhenorum interitus unde, 104

V.

Vaſthy Regina cur repudiata, 164

Verba turpia proferre inhoneſtum, 131 132

Viduas ducentium infelicitas, 82

Vinum lac veneris 138

Virgo cur ducenda, 80. 81. 82

Virgines cur facie modicè aperta apud ſpartanos, 180

Vlyſſes immortalitati uxorem antepoſuit, 125

Vnionis deſiderium in brutis 20. *in petris, marmoribus, plantis,* 21

Vxor mala, ruina familia, 5

Vxor una tantum toti familia apud Arabes 70. *qualis ducenda* 99. *non relinquenda propter aliam* 142. *non verberanda* 148 149 *indotata non ducenda* 116 *debet eſſe amabilis, non laſciva tamen* 169. *familiam curet* 170

Vxoris etymon 164. *ornamentum maritus, divitia liberi* 173. *pulcra proles pulcra* 108. *ducenda conſi-*

ſiderandi parentes 99, 100. 101 *patria* 102. *mater* 105. *educatio* 106. *forma* 107
Vxores aliis viris conceſſæ apud Tapyros 69. *nobiliores & ditiores non ducenda* 111. *non cuſtodienda* 157. *communes Garamantibus & Libyrniis,* 79
Vxoratorum felicitas & voluptas, 58. & *ſeqq.*

X.

Xantippe uxor Socratis, 150

Z.

Zelotypia ſenum propria 88. *marito vitanda* 154. & *ſeqq.*

FINIS.

Errata.

Pag. 5. lin. 12. Draconibus, 9. l. 7. intereſſet, 12. l. 19 ſolummodò, & l. ult. fine, 13. l. 20 immediatè, 14. l. 7. pro ne, lege, ut, 17. l. 19. talis, 19. l. 27. deſunt, & 28. amabile, 20 l. 7. incolis, 22. l. 3 ſcientificam. & 27. antepenu, 23. l. 11. Theologos, 25. 7. in ea, 29. ult. erepto, 31 4. Cynthia. ibid. 20. & longa. &, alno, 35. 15. Briſeide, 39. 23 paterna, 45. l. 17 Terpſichore, 48 l. 23. niveo, 49. l. 15 ſive, 50. l. 23. Mænades, Bacchæ, 54. l. 3. clave. corda 62. l. 11. donum, 63. l. 7. matrimonio, 64. l. 4 habent, 70 l. 6. multos, 71 l. 12. quos, 72 l. 11 Helenam, 73. l. 9. Lucanus 79. l. 6. Garamantici. 82. l. 9 pro &, lege, nec, 83. l. 10. fit, & 27. capienti. & l penult. nimiam 86. l. 22. infeſto, 88 l 26. pectus, 92. l. 7. Diſſimilem, 94. l. 5 penult pubeſcens, 95 l. 26. procreent, 102. l. 15. ô Cyrne, 106. l. ult. ambiiſſe, 104. l penult afferret, 119. l. 12. Deianira, 121. l. 7. maduerunt, 124. l 25. Seneca & 26. amari, 128. l. 10. animi. & antepen. Silenium, 136. l. 12 amplexu, 138. l. 25. cap. 10. 144. l. 5. patria lingua, 146. l. 24 diligentiam, 147 l. 8 corporis, 148. l. 4. Stobæum & 14. Romanis, 149 l. 23. fiet 159. l. 28. futurorum, 163. l. 2 conſtupraverat, 176. l. 5 antep. mulieribus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Ambergæ,

Ex Officina Typographica MICHAE-
LIS FORSTERI.

M DC. XII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google